Syntaxis certo quo-
DAM ORDINE, TAM IN CAR-
MEN QVAM IN TABELLAS
contracta.

Autore Petro Megango Niniuita.

PARISIIS
Apud Vaſcoſanum, uia Iacobæa, ad inſigne Fontis.
M. D. XLIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

PRIVILEGII SENTENTIA.

CAVTVM *eſt authoritate* Regia,*ne quis alius præter* Vaſcoſanum,*has* Grammaticæ *tabulas à* Petro Megango *conſcriptas,ante ſexennium in hoc* Franciæ *regno imprimat,néue uendat: qui ſecus fecerit,libri illi publicabũtur,et mulcta* Iudicis *arbitrio irrogabitur.* Datum Lutetiæ XII. Cal.*Mart.* M. D. XLVIII.

Ex *Conſilio* *Guiot.*

PRAEFATIO IN SYNTAXIN.

GRammatica,eſt benè ſcribendi modus,atque loquendi: grãmatica quid.
Autorum placitis & conſuetudine conſtans. unde.
Eſt ἀπὸ τοῦ γραμμῆς, aut γράμματος indita græcè:
Siue nŏtas formet,ſeu ducat prima lĭturas.
Porrò dŭplex & hŏriſtica,& exēgētica fertur. duplex.
Illa docet certam methŏdum,& præcepta loquendi. methodice.
Quippe Orthographiam,atque Proſodiăn articulatim
Explicat:hinc Etymon:mox Texturæ rationem. partes. 4.
Hiſtŏrices labor eſt,autorum ſoluere nodos. hiſtorice.
Litteræ apud Graios uigintiquattuor extant. Literæ quot.
Quem numerum æquarent:niſi noſtris una deeſſet,
Aut fors altera.non dico, quid mutuer illinc.
Sunt Danao ſeptem uocales,quinque Quirino: uocales.
Quîs ſine diphthongus,neque ſyllaba conſolidatur. diphthongi.
Cætera non feriunt aures elementa,ſeorſum.
Conſona nam uocat hæc Latium,σύμφωνα Pelaſgi. conſonantes.
Quorum alia inſona ſunt,& ſemiſonantia,& uda.
H nota flatilis eſt,& littera quæ dat anhelum.
Ritĕ figurarum ſynodo mera ſyllaba conſit. Syllaba.
Vnica uocalis fit ſyllaba,per Catachreſin. dictio.
Ex hac uerba cadunt:illis Oratio ſurgit. Oratio
Quæ uitium quoduis,Datiſmum,barbariémque, Vitia ſermonis.
Omne Solœcophanēs fugitat Lernæ uelut hydram.
Sermo igitur rectus,quo fiat conciliatu,
Verborúmue ſitu,præſens Synaphîa docebit.
Tyronum mĕtricis informans ora Tabellis.

SYNTAXIS iuſta eſt uocum conſtructio: Partes:
- i.concordantia Conſenſus:
- Rēgimen Caſus:
- i.adhærentia Congreſſio:
- i.officium: Munus.

CONSENSVS.

Prima Regula, de Adiectiuo, & Subſtantiuo.

ADiectitia uox, & Fixum nomen, habento
no.
Par genus, & numerum cum caſu: ut Maſcula uirtus,
pro. part.
Marte ſuo pollet: uitanda eſt improba Siren.

Appendix.

Nomina ſic quæuis, & Cognomenta cohærent.
Vt, Numa Pompilius: Cato Porcius: Annibal Afer.

Obſeruationes.

1 Participans inter duo ſubſtantiua locatum,
A uerbo ductum, cui rectum ſubdere fas eſt:
Eſto priori par: ſi poſtponatur, utriuis.
Vt, Xenophon olim dictus fuit Attica muſa.
Et Ludi Megalenſes, ſeu Megaleſia, dicti.
2 Mobile præterea innitêtur poſteriori:
Subſtandi uerbum quoties interuenit aptè.
Vt, Deus eſt mea ſpes. homo, fictum uas: Samiúmque.
3 Quom duo concurrunt adiectiua, alterum adhæret
Fixi more: Fides eſt fidos inter amicos.
4 Induit adiectiui naturam quoque fixum.
Vt: Populum late regem: bellóque ſuperbum.
Adde mares animos: & uictrices quoque lauros.
5 Quando adiectiuum, poſito ſine nomine ſiſtit,
Includens aliquid, referes ad diſsimulatum.
Eclipſis. Hic Canos fugit: ille Suillam: nemò Falernum:

Exceptio.

Occurret crebro uariæ Syllepſios uſus:
De qua nonnihil eſt infra, ſupráque relatum.
Archaiſmos. Schema uetus: Nobis præſente: Abſentéque amicis.

Secunda

SECVNDA REGVLA DE EPEXEGESI, *ſeu appoſitione.*

QVOM res eſt eădem, caſu duo fixa cohærent:
Quorum poſterius declarat mobilis inſtar.
1. Vrbs Carthago: 2. aries ſignum: 3. Theſeus homo fidus.
Ouid. *Effodiuntur opes irritamenta malorum.*
Et genus, & formam regina pecunia donat.
Virg. *Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ.*

Obſerua.

1 *Adiectiua loco ſubſtantiuorum adhibentur:*
Dulcĕ ſatīs humor. mors extremum quoque rerum.
Virg. *Triſte lupus ſtabulis: maturis frugibus imbres.*
2 *Pertinet huc quoque: Cæſar erat dictator: eodem*
Et, Cicero deſignatus conſul: licet iſtic
Verbum interuenĭat, uel participans: & in illis
Ens omnino (aliâs parum in uſu) diſsimuletur.

Exceptio.

Offendes: urbem Pataui: fontémque Timaui.
Nam ſpecies alibi caſu ſiſtit genitiuo,
Præſertim generi ſubiecta: quod hæc manifeſtant.
Priuatim terno: cui nunc cognomen Iulo.

TERTIA REGVLA DE *Interrogationibus.*

QVO percontamur caſu, reddatur eōdem:
Atque modo uerbi: uariet niſi forte idioma.
Quis leget hæc? nemo. —— quid uiuit in æquore? piſcis.
Qualis homo? niger eſt. —— quantus uir? ſeſquipedalis.
Quot conuiuæ aderant? ſeptē. — quotuplex uia? duplex.
Cuias eſt? Vmber. —— quŏtus? octauus Sapientum.

Appendix.

1 *Quæritur & per uerba, & reſpondetur iiſdem.*
Lux mea, quid fit? amatur. Thais, itûra es? itura.

2 Nec male reſpondes: { etiam: / ſic eſt: / ita: / factum. }

Exceptio.

1 Non ita conueniunt: Cuium pecus eſt? Corydonis.
Cuius auena puer? mea. quanti conſtitit? aſſe.
2 Subijcimus uariè, quoties aduerbia quærunt:
Aut modo per caſus, aut citra nomen: ubi hoſtes?
Intus: & in campis: apud Alpes: Antiochiæ.

QVARTA REGVLA: DE Coniunctis.

Conſpirant in idem per Et, Aut, ſociáſque ligata:
Nexáque per tam, quàm: niſi, ceu, ueluti, quaſi, ſicut.
Id teneo tanquam nomen, digitóſque, uel ungues.
Claud. Quis niſi mentis inops, oblatum reſpuet aurum?
Virg. Et dubitamus adhuc ſerere, atque impendere curam?

QVINTA REGVLA: DE RELATIVO, & Antecedente.

Concordat referens conſtanter cum præeunte:
In genere, & numero: perſona nec malè eãdem.
Hic ego ſum, qui penſa tuli, quæ Lyda trahebat.
Rot. Dijs ita ſi uiſum fuerit: quos geſtat olympus.
Hor. Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem
Teſta diu. quadrant hic legitimè, quo, & odorem.

Appendix.

Poſcit amicitiam caſus aliquando uenuſtas.
Vrbs hæc, quam ſtatuo, ueſtra eſt: —— fertur ſine ſcrupo.
Vrbem quem ſtatuo, ueſtra eſt: —— uetus eſt heteroſis.
Quam ſtatuo urbem, ueſtra eſt: —— orator iubet uti.

Obſerua.

Obſerua.

1 *Apta relatio fit per* { *qui: ille: ipſe: iſte: hic: is, idem.* }

Nam reliqua inſiſtunt, uelut adiectiua ſequenti.
Mater talis erat, qualem ſua pignora iactant.

2 *Fit pleonaſmus, ubi præcedens ſic iteratur:*
Non ſine rumore hoc: quem rumorem auxerat ipſe.

3 *Quod præit, eclipſi nonnunquam diſsimulamus.*
ſ. eũ, uel illũ
Virgo, crede mihi: quem nunc horreſcis, amabis.
ſ. is. ſ. aliqui ſ. eo.
Tollat te, qui non nouit: ſunt, quos plane fallas.

4 *Quinetiam referens interdum ſupprimit autor.*
ſ. quam.
Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni.
ſ. quem.
Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt.

Exceptio.

1 *Quando relatiuum qui, quæ, quod, forte mearit*
Inter ſubſtantiua duo generum uariorum:
Aut utrilibet, aut proprio plærunque marites.
Vnus erat toto naturæ uultus in orbe,
Quem dixere chaos. ſic congruit anteriori.
Saxum antiquum, ingens: campo qui forte iacebat
Limes agro poſitus. cum ſuccedente iugatur.

2 *Mobilis in morem, conſentit mox ſubeunti.*
Quod genus eſt: arcúmque manu, celeréſque ſagittas
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates.

3 *Quin ad ſermonem totum, uerbúmue refertur:*
Ac neutraliter it, uelut appellatio fixi.

Quod fauſtum eſſe negant,uxores treis ego duxi.
Et Venus arriſit:quod de uenio bene flexum:
4 *Prӕterea incluſum referas,in uoce aliena:*
Vt,Mea ſcripta legis,qui ſum ſubmotus ad Iſtrum.

Regimen à fronte.

A fronte adſciſcit caſum,pars unica uerbum.

SEXTA REGVLA CONSENSVS, ET EADEM
Prima Regiminis.

REctus finitum quoduis prӕcedere debet:
ind.
Conſimili numero,& perſona.dum pecus errat:
imperat. optat. coniunct.
Tu meditare:utinam Deus adſit:ne dolor angat.
Nec male Naſo refert:iam tertia uiuitur ӕtas.
Mart. *Nec male:tota mihi dormitur hyems.ita Marcus.*

Obſerua.

1 *Verbum conſiſtit pronomine diſſimulato:*
Si primӕ fuerit perſonӕ,ſiue ſecundӕ.
Perſ. *Viue memor lethi:fugit hora:hoc quod loquor inde eſt.*
2 *Eſt ubi pronomen Diſcretio,& Emphaſis addant:*
Tu mihi,quodcunque hoc regni:tu ſceptra,Iouémque
Concilias:tu das epulis accumbere diuûm.
3 *Tertia communis homini,rebúsque quibuſuis:*
Quod ſatis eſt cauſӕ,rectum cur explicet autor.
4 *Prӕterquam in uerbis exempti actus:ea cӕlant*
Et certi quiddam:ueluti cӕlum,Deus,aër.
Vt tonat,ӕſtiuat,pluit,autumnátque,hyemátque.
In dicunt,aiunt,homines includere fas eſt.
Quom dicis,benè habet:res hic impune tacetur.

Appendix.

Indefinitum uice recti ſӕpe locatur:
Tam per ſe poſitum,quam caſibus annumeratum.
Mentiri ſcelus eſt:nocuit uixiſſe tyrannos.
Ouid. *Eſt aliquid nupſiſſe Ioui.dices ita:Virtus*

Eſt uitium

Eſt uitium fugere. &, Magnum eſt ex hoſte reuerti.
Tum pars ſermonis: tum quod pro nomine fertur.
Vt: Dolet, ex uotis quòd res non ceſſerit Afro.
Scire tuum, nihil eſt. &, partim hominum perierunt.
Iuuen. *Sic habet: è cœlo deſcendit γνῶθι σεαυτόν.*

Exceptio.

Nullum à fronte regunt imperſonalia rectum:
Hunc niſi res cælet, quam uerba ea ſignificabant:
Quod nec Apolloni, neque tu Theotiſte negabis.
Viuitur ex rapto. nec propoſiti pudet ullum.
Sic: Bene ſit tibi: Fermè fit: Fieri ſolet: Aegrè eſt.
Præpoſito caſu, iam perſonalia fiunt.
Multos caſtra iuuant: decet id: quem ſæua pudebunt.

DISSENSIO FIGVRATA.

Syllepſis generalis.

Eſt ubi uirtutem generet diſcordia uocum:
Nam Syllepſis ad intellectum uerba reflectit.
Quæ ſi contingat, tantummodo clauſula in una:
Synthĕſis hæc uulgo, ſeu Symptōſis perhibetur.
Vt: mire pellit Dictâmum pota ſagittas.
Potáque lāgōpūs è uino contrahit aluum.
Indica fert primas Amethyſtus: perſica mitrax.
Turba ruunt: gens armati: pars mœnia ſcandunt.
At ſi in complexu fiat: conceptio partim,
Partim zeugma erit: aut in parteis ſecta Prŏlepſis.

Annotationes Conceptionum,

1 *Quando Et, cum ſocijs duntaxat uerba ligarit:*
Eſto iugum plurale: licet uox ipſa repugnet.
Virg. *Nox, & amor, uinúmque, nihil moderabile ſuadent.*
Aut ita: diſcipuli, ſimul & præceptor aberrant.
2 *Cum quoque ſignificans comitem, facit huc, aliquando.*
Vt: Phryx cum Turca mouerunt hanc camarinam.
3 *Hic genus obſerues, & perſonam potiorem.*
Dicimus hic auguſta magis, quæ prælocat ordo.

Maſcula fœmineis præſtant, muliebria neutris.
.i. neutro.
Linacro cedit medio generi muliebre.

Conc. Perſonarum.

Perſonalis erit ſyllepſis: ſi modo uerbum
Rite coaptetur perſonæ nobiliori.
Exemplo ſit: Ego, & tu ſumamus ſaga, fili.
Tu, & germana ſatis cœpiſtis adire pericli.
Hoc incendium ego, & frater ſedabimus olim.
Ni Deus auertat: tu mecum prodimur aſtu.

Conc. Generum.

At generum fiet ſyllepſis: mobile quando,
Aut referens generi reſpondebit mage digno.
Pindarus, & Sapphò, iuxta cubitum, bene docti.
Thais, & hoc ſcortum formoſæ ſunt ſine fuco.
Ilia cum Lauſo prognati ſunt Numitore.

Obſerua.

1 *Illud ſcire licet: tacitam ſyllepſin ineſſe,*
Nudus uterque iacet: ſi uir, muliérque notentur.
2 *Nec te fallat item: quom non ſunt res animatæ,*
Appoſitum, & referens, fermè neutraliter edi.
Vt: porta, & murus de cælo tactă fuêre.
3 *Liuius ad ſenſum retulit: Latium, & Capua agro*
Multati ſunt. pro Campanis, atque Lătinis.
4 *Denique ĭdem cernas: aut implicitè: aut ubi plura*
Vni conueniunt. ut: Vtrunque eſt utile nobis:
Scilicet ignis, & unda: Es utrūq;, & iners, & auarus.

Zeugma: Adiunctio.

Ad diuerſa refert uerbum, ſeu mobile, zeugma.
Vicinóque pălam, commune accommodat ipſum.
Virg. *Vt. Silet omnis ager, pecudes, pictæque uolucres.* *protozeugma.*
India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi. *meſozeugma.*
Horat. *Vt tu fortunam, ſic nos te Celſe feremus.* *hypozeugma.*
Grata caro eſt, uinúmque: caper tibi ſaluus, & hœdi:

Nec

Nec Deus hunc menſa,dea nec dignata cubili eſt.

Obſerua.

Iuue. 1 *Et tacitè:quia tu gallinæ filius albæ:*
Nos uiles pulli,nati infelicibus ouis.
2 *Inſertis niſi,quam,ſicut,mage diſsita quadrant.*
Lucret. *Et ſedare ſitim,prius eſt,quàm pocula,natum.*
3 *Adde quod omnino,quæ duplex copula uinxit,*
Fœdus inire uolunt,cum communi præeunte:
Vnde Solœciſmus:ſana uel mente uel ore.
Nec minus iſtud:nullum nec uitium,neque menda eſt.
Obſequium fiet,tranſlatis ſedibus apte:
Aut certè alterutra detracta particularum.
Romulus haud prohibet:uel ſana mente,uel ore.
Fas itidem dicas:nullum uitium,neque menda eſt.
Aut ſine ſcrupo,nullum nec uitium,neque mendum.

Exceptio:Epanalepſis

Contra,bis,ter idem uerbum ingeminatio reddit.
Virg. *Vrit enim lini campum ſeges,urit auenæ:*
Vrunt lethæo perfuſa papauera ſomno.

Prolepſis:ſiue Præoccupatio.

Quom fit idem plureis per partes,eſto Prolepſis:
Quæ generale ſecat cum uerbo ritè cohærens.
Nec male proprietas membratim diſsimulatur.
Indulgent reges:alius genio,ille Dianæ.
Se pedites defendunt:hic gladio,ille ſariſſa.
Compulerántque greges Corydon,& Thyrſis in unum:
Thyrſis oues,Corydon diſtentas lacte capellas.

Annotatio.

Eſt quando implicitè totum,uel membra requiras.
Curemus nunc æquam partem Demea uterque.
Virg. *Quiſque ſuos patimur manes:teſtante poeta.*

EPEXEGESIS PERSONAE: QVAM *uocarunt Euocationem.*

Addideris ſuper hæc:nec Epexegeſin obeſſe

Perſonæ:licet apponatur tertia certæ,
Si uerbum uel cum tacito pronomine quadret.
Tu diues trepidas.Ego rex ter maximus adſum.
Nos animæ uiles ſternemur? Abibo ſub umbras
Deliciæ regni? populus ſuperamur ab uno,
Vixque uiro: cuncti cum Marte feramur in hoſtem.

Appendicula generalis.

Denique concurrunt nonnunquam ſchemata plura:
Quæ non diſcernas:niſi ſis oculatior Argo.
Iuno Iouis coniux odi Aenean,Venerémque:
Quos bona pars celebrant:illũ Maro,cætera ſollers:
Hanc Lucretius ille furens.ego,Mæonidéſque
Tollimus Argiuos:alij Paphum,& id genus urbes.

SECVNDA REGVLA REGIMINIS *à fronte.*

Quartus adeſt infinitis à parte priori.
A tergo dabitur finitorum moderamen.

Obſerua.

1 *Hæc circunloquimur finitis,quòd præeunte.*
Iuuen. *Credite me uobis folium recitare Sibyllæ:*
Hoc eſt:quòd recitem uobis ego ſcripta Sibyllæ:
2 *Perplexum pariet ſenſum geminatio caſus:*
Quale ſit:Audiui Gallos uiciſſe Quirites.
Soluitur ambiguum caſu plærunque latino:
Audiui à Gallis deuictos eſſe Quirites.
3 *Obijcit Eclipſis rectum,uel certe heteroſis.*
Clam mordère omnes:ego non flocci facere illos.
Virgil. *Ex illo fluere:ac retro ſublapſa referri.*
Pro fluere occœpit:uel ſpes ſublapſa fluebat.

Cautio Participialium.

Nil à fronte ſupina regunt:nil uerba Gerundi:
Nil quoque participans:obliqui ponè ſubibunt.
In quos & ſenſus eiuſdem uerba feruntur.
Porrò ſupinorum prius,& modus ille Gerundi,

Admittunt

Admittunt poſt ſe caſum duntaxat agentis.

Regimen à tergo.

A tergo Pars quæque regit, Coniunctio nuſquam.

Regimen Nominatiui.

Canon.

1 *NOminitantem uult Subſiſtendi, atque uocandi,*
Et uerbum Geſtus: aliò niſi tranſeat actus.
Vt: Deus eſt ſummum bonum: & idem eſt anchora ſacra.
Dicitur à græcis Hierônis equus Pherenīcos.
Obſcurus fio: ſophos, atque poëta ſalutor.
Hic ioue ſub gelido pronus cubat: ille ſupinus.
Attexuntur item, quaſi ſint aduerbia, recti.
pro mane
Virg. *Nec minus Aeneas ſe matutinus agebat.*
.i. circa auroram.
Antè tibi eoæ Atlantides abſcondantur.
Non lupus inſidias explorat ouilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat. hic uice noctu.
Quom ſunt diſſimilis numero duo nominitantes,
Obſequitur uerbum utriuis: fermè propiori.
Omnia pontus erat. nummi ſunt cauſa malorum.
Contra: ſanguis erant lachrymæ. fertur quoque tutò,
Oſſa lapis fiunt: Captiui præda fuerunt:
Vt non ad citimum, ſed præcipuum referatur.

Secundus Canon.

2 *Demonſtrandi aduerbia, & interiectio, rectis*
Obliquiſque hærent. niſi nos paradigmata fallunt.
no. ac.
En Priamus rex: En campos, ubi Pergama quondam.
no. ac.
Ecce Antonius: Ecce uirum: cuiuis imitandum.
d.
Tullius Ecce tibi, cum uulgo, dicere gaudet.
Quattuor adſciſcunt etiam ſubiecta uocantem.
n. u. ac. d. ac.
Hem mea lux: hem Pamphile: & hem manum: & hē tibi linguam.

uo. ac. uo.
Heu pietas.heu me miſeram:heu ſocij,arma ne frigent?
n. ac. uo.
O uir amicus.& ò curas hominum.ò Melibœe.
n.
Prò dolor.at quoties implorat,ſubijce quartum.
Quom diuum inuocat,aut miratur,ſubde uocantem.
Ah quoque ſyntaxin uariat,uel more priorum.
no.
Tibul. Ah crudele genus,nec fidum fœmina nomen.
uo.
Ah uirgo infelix:ah crudelis quoque mater.
Ah miſeri,quos angit amica.Terentius autem
ac.
Fert:ah me miſeram:Ah tum te miſerúmque Catullus.
Vah modo cum recto caſu quidam poſuerunt.
Hei lugentis habet rectum:ſed ſæpe datiuum.
n.
Hei miſera:Hei mihi qualis erat.Væ nil niſi dantem.
Eſt quando lepidè ſine caſu interijciantur.
Virg. Mantua uæ,miſeræ nimium uicina Cremonæ.
Heùs uocat:heus Syre:& heus bone uir.reuocátque:ſed heus tu.

Regimen Genitiui.

Canon.

1 GIgnendi caſum duo ſubſtantiua requirunt:
Si modo ſint diuerſa:nec uſquam copula ſubſit.
Nobiliúsque ferè caſu regitur genitiuo.
Auri ſacra fames,& honorum cæca cupido:
Perſarum luxus:animos hominum furiarunt.
Hac ratione ferunt, Res mancipi:homo nihilique.
Inſtar montis equum fabricabant,muneris ergò.
2 Propria defectu fixi,genitum patiuntur.
Hectoris Andromache:Palinurus Phædromi,& huius
Birria:Deiphobe Glauci:Venus alget Apellis,
Praxitelis Niobe:Naſonis amâbo Corynnam.
3 Huc neutrale facit,pro fixo mobile ſumptum.

Attica

Atticiſmus. Attica nam probat id dialectos:ut:Abdita rerum:
Exiguum fundi,multum dant ſæpe negoci.
Ecquid conſilij captas,hoc noctis ephēbē?
Plus aloes quàm mellis habet,ſulci quod aratur.
Sic id temporis:hoc ætatis:idem quoque mentis.
Priuatum:Quiduis homo temporis,ac homo frugi.
4 Porrò mei,noſtri,& primæ formæ genitiui,
Poſſeſsi nomen uitant cane peius,& angui.
Veſtra domus tritum:ueſtri domus indiget uſu.
Quanuis admittant affectus nomen ijdem:
Vt:Deſyderium,utilitas,amor atque poteſtas:
Copia,cura,dolor,deſpectus,ſollicitudo.
Quódque notat partem generalem,non ſpecialem.
Dimidium,nil,pars,aliquid,multum,reliquúmque.
Virgo tui perdes aliquid:ſi pergis amare.
Fertur amor tuus,atque tui diſcrimine quodam.
Pars tua,quæ tibi debetur:quaſi portio quædam.
Pars tui:id eſt,animus:caput,auris,lingua,manus,pes.
5 Nec minus oderunt hij mobilium genitiuos:
Præter ſolius,ipſius,unius:atque duorum,
Vnà cum reliquis:& plurium,& omnium:itémque
Paucorum,cuiúsque:inopíſque:& Participantum.
Quos mage poſſeſsiua ſibi,quàm prototypa addunt.
Verum participans in circuitum bene uertas.
Vt:Mea defunctæ carpant ſemel oſſa quietem.
Aut:Carpant mea quæ ſum defuncta oſſa quietem.
6 Formula laudandi uaria eſt,& uituperandi.
Nunc pars corporis, aut animi regitur genitiuo:
Nunc ablatiuo per ſe,uel mobili adhærens.
Deinde ſeorſum in quarto caſu:more Pelaſgo.
Scriptor obæſa nare:& ſcriptor naris obæſæ.
Quattuor ergo modis,de pœna dicere fas eſt.
Aut ita:Virgo pedis claudi,uirgo pede claudo:
Aut:Virgo pede clauda eſt:uirgo pedem quoque clauda.

Cætera ſunt infra: ne ſcrupulus iniiciatur.

7 *Mobilibus patrij plurales ſubijciuntur:*
Cum Partitio, uel Collectio ſignificatur.
Vt poſt ſigna, Gradus, Numeros, Aduerbia quædam,
Et Pronomina. uti, Quiſquis fuit ille deorum.
Murice lanarum nigræ uix inficiuntur.
O maior iuuenum: digitorum aptiſſimus index.
Omnium item optimè (ut eſt rumor) pingebat Apelles.
Vnus amatorum deerat: primúsque nepotum.
Hæc auium canit argutè: partimque uirorum.
Appellatiuis aliâs hoc accidit ipſum.
Quadrupedum talpis uiſus non eſt: ita fermè
Plinius edere non dubitat: niſi quid premat autor.

Cautiones in. 7. Regulam.

I. *Par genus eſſe uolet: niſi Collectiua regatur,*
Aut heteroclita uox: aut præcedentia ſpectes.
Optimus eſt plebis. placet unum uix epularum.
Immo, Ferarum uilloſiſſimus eſt lepus, inquam.

II. *Obſeruet qui comparat: hic opus eſſe paterno:*
Cum res eiuſdem naturæ ſunt, generisue.
Quippe duæ, poſcunt medium: plures ſuperantem.
Dicimus eiuſdem generis: ſi contineatur
In caſu res excedens. diuerſi alioqui.

III. *Commutat patrios, non una Periphraſis, aptè.*
Vt: Minor ex iſtis: è muſis optima Clio.
Et nymphas inter longè pulcherrima Nais.
Vnus de cunctis animalibus hircus habet cor.

8 *Tranſit & in patrium de uerbo mobile flexum:*
Significans habitum quendam, ſiue ἕξιν agendi.
Viue bidentis amans, & ſeruantiſsimus æqui.
Algoris patiens: haud profuſus patrimoni.
Tempus edax rerum: pauidus necis eſt homo nequam.
Vir docilis praui: tedæ, thalamíque peroſus:
Prodigus eſt animæ: nunquam non deuius æqui.

Si modo

Et quæ præterea ſic inclinata reſidunt:
Si modo declarent quaſi conſuetudinem agendi.
• Dic quoque conſilij ambiguus:uirgo æmula laudis.
Et compos uoti:uirtutis degener altæ.
Feſtinus uoti pater:eſt inglorius auſi.
Aeui maturus:tum ueri nuncia fama.
Et præceps animi:ſomni parciſſimus:adde
Participem lucri.culpæ hic reus,ille ſequeſter
Pacis:ſecurus uulgi.ô ſeri ſtudiorum.
9 *Mobile Notitiam ſignans,Deſyderiúmue:*
Aut contra,facit huc.ut,mens ſibi conſcia recti
Luciferi rudis eſt:uenturi præſcia Mantò.
Sollers,& certus rerum:ignarúſque uiarum.
Vſque uale noſtri memor,& non immemor huius.
Rex auidus pugnæ.urbs & gloriæ,& anxia fati.
Flaccus ait:Præter laudem nullius auaris.
10 *Mobile,uel uerbum,cui copia ineſt,uel egeſtas:*
Nunc ablatiuum,nunc admittit genitiuum.
Huius claſsis erunt Amens,& nomen abundans:
Aeger,& abiectus:uini,ſopnique Benignus.
Et Cæcus fati:cum Diues,Egenus,egere.
Expers,extorris:Fœcundus,feruidus æui.
Integer, immodicus,uel inops,immunis,inanis:
Indigus,indigeo:Liber,lætus,locuplésque.
Largus:Macte,miſer:Nimius cum nudus:Onuſtus.
Et Pauper,potior,proſper pleno adde Refertus:
Bellorum reſides:& Suſpenſus,ſterilíſque.
Saucius,atque ſatur,ſanus,nec non ſatiatus:
Cum Tenui,truncus:Vecors,uacuus,uiduúſque.
Implentur ueteris Bacchi,uix eſt imitandum.
Adduntur quoque uerba affectuum:ut indoleo,angor:
Pendeo,deſipio,recreo:nec non cruciari,
Cum ſocijs.aliò lætor,mirórque faceſſant.
Abſtineo uariat ſyntaxin:ut abſtineo iræ.

Abſtine ab illicitis.illi imperio abſtinuerunt.
Et fortuna dŭcem bello abſtinuit.tamen ægrè
Abſtinet ille manum maſtīgia.uel ſine caſu
Expreſſo.Abſtine amica luto ſus,non tibi ſpiro.
11 *Dic Satago rerum priuatim:ſed miſereri*
Quemlibet adſciſcit patrium,ſicut miſereſco.
12 *Accuſo, damno,ſeu Litis uerba,Forique,*
In patrio cauſam malunt,quàm ponere ſexto.
Adduntur moneo,laudo:ſimilíſque farinæ.
Inſimulat probri ſocium:plagij ipſe tenetur.
Cædis eum abſoluit:ſceleris condemnat eundem.
Laudabat lethi iuuenem;officiique monebat.
Talibus incuſans mulctauit morte magiſtrum.
Non alio quàm ſexto caſu collocat uſus:
Ambo,alius,neuter:uter,alter,nullus,uterque.
Accuſésne hunc inceſtūs,an furti:an utroque?
Perfidiæne notes,an probri,an proditionis?
Omnibus accuſem:uel nullo:aut maximo eorum.
De re communi neglecta expoſtulo tecum.
13 *Poſt uerbum precij,poſt æſtimo,ſiſte minoris,*
Aut pluris.cum tanti,quanti,& compoſitiuis.
Emi aquilam piſcem tanti:ſed pluris aſellum.
Quanticunque lícent ea,tantidem licitamur.
O quanti ſapere eſt:tanti uix eſt Cleobūlus.
In patrijs aliquot delectum uerba requirunt.
Vt:magni pendo:minimi,parui pūto,cūro:
Non huius facio,nihilique, pīlique,uel aſſis,
Aut æqui boni,item flocci.fit plurimi ab illo.
Conſule poma boni.nauci non eſt homo nequam.
Aeſtimo te magni,uel magno:exiſtimo iunge.
Dic & pro nihilo pendas,ducas,habeáſque.
14 *Eſt,refert,inter(que)eſt donantur genitiuo.*
Officium quoties ſignant,aut utilitatem.
Vt:pugnare ſcyphis Thrācum eſt:moris fuit olim.

Principis interſit,uel rēferat omnia nôſſe.
Ni patrij fuerint paſſiuè ſignificantes.
Pro quibus,Eſt rectos neutrales accipit: Inter-
eſt autem,& Refert,ablatiuos muliebres.
Hæc audire mea refert:ueſtrum eſt recitare.
Sed cuia interſit,cuiúſue:tua nihil iſtuc.
Fertur item,permagni interſit amicule noſtra.
Parui rettulit,hanc non ſuſcæpiſſe.cohærent
Et tanti,quanti adiectiuis.denique uulgo
Iunguntur (ſeu quartos,ſiue aduerbia dicas)
Nil,multum,atque parum,pauxillum,plus,aliquídque.
Plurimum enim refert,quid credas eſſe Tribunum.
Lucr. *Nec refert quicquam,quo uictu corpus alatur.*
Et ſubit accuſatiuus cum præpoſitura.
Vt:Magni intererit,noſtram ad laudem,fieri iſta.
15 *Verba recordandi, modo habent patrium,modo quartum.*
Vt meminit noſtri?ſatis:& reminiſcitur eius.
Famæ obliuiſcor. meriti in mè ſæpe recordor.
16 *Pœnitet,atque piget:pudet:aut tædet,miſerétque,*
Gaudebunt quarto patiente,& agente paterno.
Me piget actorum:noſtri nos pœnitet uſque.
Quem puduit luxūs:inōpis te nunc miſereſcat.
17 *Nec patrium fugitant,præſertim aduerbia quanti,*
Temporis,atque loci.Satis eſt uini:parum oliui.
Intereáque loci:tum temporis.huccine rerum
Venimus?hoc ubi terrarum fit?gentium ubiuis.
18 *Subde Tenus patrio plurali,ſignificanti*
Res geminas.locus eſt alioqui ſæpe Latino.
Lumborum tenus.& crurum.nec non oculorum.
Pectoribúſque tenus.Capulo tenus abdidit enſem.
Nec deſunt,qui ponere cum quarto tenus auſint.
19 *Oppida cum uicis oderunt præpoſituras:*
Nam uerbis quaſi ſint aduerbia,ſubijciuntur.
ubi. *Quando quies:opus eſt genitiuo,ſiue datiuo.*

Sed patrio,ſi ſingula ſint primæ,atque ſecundæ.
Marcus agit Romæ:Lugduni rhetores olim.
Vſurpant ita militiæ,belli,domi,humíque.
Nobilis ille domi.ſed humi uariat bene ſenſum:
ſuper intra ad
Serpit humi:ſe fundit humi:procumbit humi bos.
Tertiæ ubi ſunt,aut pluralía,dante fruuntur,
Aut ablatiuo:Carthagini erat,uel Athenis.
Reſponſum eſt Delphis.ita ruri Comicus effert.
Quo. *Quom fit iter quoquam,quarto in caſu omnia ſiſtunt.*
It Romam,Cumas,Prǽneſtĕ,Neápolin,Argŏs.
Quorum naturam duo Rus,Domus uſque ſequuntur.
Vnde. *In ſexto ponas,ubi motus ab urbe notatur.*
Roma uenit inops:Curibus,uel Tybure diues.
Qua. *Per locum ubi ſignant,ablatiuo utere parcè.*
Ne ſonet ambiguum ſub eodem dictio caſu.
Tranſit rure,domo:Roma,Sulmone,Tarento.
Ibam forte uia ſacra,quod Horatius inquit:
Non temerè appellatiuis reliquis datur iſtud.
Vrbibus interdum præfertur præpoſitura:
Quam premit,aut adhibet,metri ratione poeta.

Regimen Datiui.

I *DAndi caſum mobile uult,aut quod paritatem,*
Aut ſimile,aut ſimul eſſe notat:pronomen & ídem.
Et quibus utilitas,damnum,facile,atque uoluptas:
Quis & amicitia,aut ſummiſsio ſignificatur.
Alnus amica fretis:nec non obnoxia uentis.
Sill. *Nec Cereri terra indocilis:nec inhoſpita Baccho.*
Mart. *Non habilis cyathis,& inutilis uua Lyæo.*
Huc fermè ſpectant Affinis,acerbus,amarus:
Aptus,& æqualis:nec non alienus,& æquus:
Abſonus,aduerſus:cum Blando iunge benignus.
Carus,communis,compar,contrarius:adde
Quotquot componit Con.Dulcis,diſſimilisque:
Et durus,diſpar,uti deditus:Expoſitúsque:

Finitimus,

Finitimus,fidus:tum felix,atque fidelis.
Hinc Gratus,grauis:ac Habilis.Iucundus,ineptus:
Impar,infeſtus,uel idoneus,aut inimicus:
Inuiſus,ſimul ac infidus,inutilis æque
Ac iniurius:& Lethâlis:ſæpe Moleſtus.
Noxius,& natus.ſic Obuius:atque propinquus,
Peruius,& proprius:tum par,& pernicioſus:
Proximus accedat:cum peſtiferóque Rebellis.
Et Similis,ſocius,cum ſupplex,atque ſuperſtes.
Præterea Triſtis:Vicinus,& utilis urbi.
Eſt locus interdum genitiuo,& præpoſituræ.
Vt:domini ſimilis:par huius:amicus Horati:
Affines rerum,& ſceleris:commune animantum.
Id mihi commune eſt tecum.à uoce abſonus infans.
Quàm declaratur propenſio:ſubdere quartum,
Quom ternum malunt,acceſſu præpoſituræ.
Aptior ad muſas,quàm buri,natus ad artes.
Appoſitus iuri magis:aut propenſior ad ius.
Compoſitus nihil ad carmen:procliuis ad arma.
2 *Nec dantem ſpernunt uerbalia dus,bilis,oſus:*
Maxime ubi fuerint paſsiui ſignificatus.
O memorande mihi:nulli penerabilis aſtro.
Omnibus exoſum fuge:ne mihi ſis odioſus.
3 *Omne genus uerbi dandi caſum regit,eius*
Perſonæ,atque rei:cui gratia,commoditáſue
Aut detrimentum fit.ut:informo tibi gnatum.
Omnibus ille ſapit:uerum ſibi non ſapit uni.
Aggredior tibi opus.mœchis folia parantur.
Nec ſeritur mihi,nec metitur.uobis bene uertat.
Eſt aliud:metuo tibi:& eſt aliud,metuo te.
4 *Hoc caſu gaudent alio plærunque relata.*
Qui uxori pater eſt,idem ſocer eſt mihi iure.
Eſt mihi ſyngambrus,cui coniugis eſt ſoror,uxor.
Da Lucano:urbi pater eſt:urbique maritus.

Pertinet huc etiam:Miſcentur ſacra profanis.
5 *Atque citandi forma:Quibuſdam ſpongia ſentit.*
Pythagoraéque fabis anima eſt:cuidam quoque lauris.
Zenoni,ſummum bonum,honeſtum.alijsque uoluptas.
6 *Proxima ſunt iſtis,quæ conſtant compoſituris:*
Ad —— iacet Aegypto,tangenti uiſcus adhæret.
Ante—— feratur eis Cicero:quos,aut quibus anteit.
Con —— uixit nobis:paribus colludere geſtit.
Dé——trahit autori,uel de.non lac mihi deſit.
In —— uigilo chartis:timor inceſsit mihi,uel me.
Inter —— uenit colloquio:cum interfuit illa.
Ob—— gannit nulli bonus.obſtrepit anſer olori.
Præ —— luces homini:te,uel tibi præſtat Apollo.
Sub —— ueuias puero.ſubolet fallacia patri.
Si non à medio diſcedant ſignificatu.
Nanque actiua ſolent quartum miſcere datiuo.
Vt mox,& uelut ex interuallo,repetemus.
7 *Eſt pro habet acceptum,depoſcit iure datiuum.*
Velle ſuum cuique eſt:ſunt nobis mitia poma.
Vos quibus eſt uirtus,muliebrem pellite luctum.
8 *Tertius accedit lepide,tanquam uice quarti,*
Aut ablatiui ſumptus cum præpoſitura.
Exemplo fuerit:Phœbo ſunt carmina cordi.
Non eſt curæ Hippoclidi.laudi eſt tibi muſa.
Si tibi dem dono:forſan uitio mihi uertes.
Pignori ouis dabitur.cane quæſo receptui:Amyntas
Certabit tibi:nos cœpto pugnemus amori.
Deſpectus tibi ſum:cuiuis nunc itur ad aurum.
Eſt quando explicet hunc,caſus quoque nominitandi:
Exemplum fuerit:Ne ſim tibi crimen amicus.
Sill. *Priuatum magis eſt:Cœlo ſe gloria tollit.*
Nuptui amica datur:mulier lac uænui habebat.
Seruius Octauum caſum putat hic latitare.
Eclipſin ſubolent:Puri ſunt iſta mouendo.

Cuius gratiæ erat referendæ:oneríque ferendo.
Quæque forent igni reſtinguendo,aggerebantur.
Tale uidetur:Ariſta,quod eſui erit,ſouet intus.
Diſsimulanter ineſſe potens,uel idoneus aiunt.
Quò referunt & ſoluendo eſſe,ac inficiando.
9 *Tranſitiua ſolent danti ſubiungere quartum,*
Acquiſitiue ſumpta,actiuéque uiciſsim.
Adde animum uictis.Cato conſciuit ſibi mortem.
Demulcebo tibi caput.inuideo tibi laudem.
Se opponit uitio,qui poſthabet æra lupinis.
Quod genus Aequandi uerba:urbem comparo naui.
Et Dandi,ſeu reddendi:Tibi lampada trado:
Offero,deuoueo,dīco,dedo,conſecro,lēgo.
Hinc Declarandi:refero,& tibi nuncio pacem.
Fandi uerba:loquar tibi pauca.& Gratiam habend.
Gratulor huc facit:etſi malit dante fruiſci.
Atque Iŭbendi cum aduerſis.ea mando parenti.
Ac Ignoſcendi:Deus illi cuncta remiſit.
Verbáque Mittendi:quis mnemoſynon mihi mittet?
Tum Minitandi etiam:Mars hoſti extrema minatur.
Sic Opponendi.non obijciam caput undis.
Verba Obſtringendi:uelut eſt:animam mihi debes.
Tum Promittendi:ceu,polliceor tibi montes.
Subijciendi itidem:ſibi ſubiugat ille tyrannum.
Denique quod quicquam ſibi Vendicat:hæc mihi ſumo.
10 *Pluſcula depoſcunt priuato iure datiuum.*
A Fore,Sum(præter poſſum)ſata:Fit,Facióque:
Cum ſatis,& bene,uel male iuncta:Volo:& Cupit adde.
Præterea Auxilium,Famulatum,ſiue Fauorem:
Obſequium,Occurſum:uel ſiqua Reſiſtere ſignant.
Si modo ſint mediæ rationis:Adhæreo,& aſto:
Aſpiróque frequens aſſentior,auxiliari:
Accidit,aduerſor:neque non aſſentor,adulor.

Audiens dicto. Audio ne ſubdas dicto, ſed participanti.
Sic Benedico locas: & Conſulo, conſilium do:
Confido, conſtat, contingit, conuenit: atque
Diſpliceo, dominor, dolet: Expedit, euenit: adde
Fidere cum faueo, famulor: cum Gratificari,
Grator, & Hæreo: nunc Incumbo, innitor, & inſto.
Imminet, impendet, ſimul iraſci, inſidiari:
Iunge Libet, licet, atque liquet: lenocinor unà
Cum Maledicere: ſic medeor, medicórque (receptat
Hoc quartum) Noceo, nubo: Obſiſto, officióque:
Obſtrepit, occurro: uel obœdio, & obſequor, obſto:
Aut obtempero: cum Parco, placet, atque propinquo:
Præſideo palpor: præſtóque excellere ſignans:
Præniteo, uel præualeo: Quadróque frequenter.
Reſtat, refragor: necnon reclamo, repugno:
Seruio, ſuccumbo, ſuffragari, ſtudeóque:
Succenſere, ſimul ſuccurro, ſufficit, atque
Tempero pro moderor: Vacat haud ſignans uacuum eſſe.
Taliter uſurpant Patiendi uerba poëtæ,
Pugnandíque ſimul: quaſi conſuetudine græca.
Iſta probantur Varroni. Nec cernitur ulli.
Non audita mihi. Cygnis contendit hirundo.
Obſerua ueteres quoque caſus diſtribuendi.
Concubitu indulgent: & parcè metu Cytherea.
11 Caſum patris habent aduerbia nomine nata.
Obuiam & à ſimili ductum. fero conuenienter
Naturæ: utiliter Phrygibus uiciſſe Pelaſgos.
12 Hei uæh ſæpe trahunt ternum: quod diximus ante.

Regimen accuſatiui.

1 Accuſatiuum quædam adiectiua receptant:
Queîs menſura palam, & dimenſio ſignificatur.
Vt: longus, latus, craſſuſque: profundus, & altus.
Radix longa pedes triginta. maceriem altam

Quinque pedes facito. Nŭcleus craſſus digitos ſex.
Foſſa pedes lata eſt uiginti, quam modo duxit.
Hæc menſura tamen priuata, etiam genitiuo
Siſtit. ut, Area lata pedum denûm. neque rarò
In ſexto: ceu, longum ſeſquipede: & pede latum.
2 *Pauca Vicem adſciſcunt: adiuncto nomine fixo,*
Aut poſſeſsiuo pronomine. Solliciti ſunt
Ex Liu. *Induperatoris uicem. at ille ſuam uicem (ut aiunt)*
ſ. uicem
Non eſt mœſtus. at anxius eſt tantummodo fratrum.
3 *Graium ſchema refert: hirſutus pectora miles.*
Qui genus? Aeneădæ. ſed cætera prorſus ἄμωνοι.
4 *Quælibet in quartum patientem uerba feruntur:*
Actio quom tranſit. proprium interdico habet uſum.
Ceſtŏn habet Veneris. uos expectate cicadas.
Ver hyĕmem ſequitur. dotes ego non moror iſtas.
Ille peroſus ŏpes: exoſus Troăs ad unum.
5 *Hunc & neutra regunt actiuè ſumpta frequenter.*
Luxerunt proauum: qui nunc odĕre nepotem.
Flet philomela nefas: Corydon ardebat Alexin.
6 *Quom uariat ſenſus, conſtructio uergit eôdem.*
Vt: Vineta crepat mera: Demorſos ſapit ungues.
Illa deam ſpirat: nec uox hominem ſonat ulla.
Hor. *Paſtillos Rufillus olet: Gorgonius hircum.*
7 *Hæc, ritu phrăſeos græcæ, proprium ſibi ſubdunt*
Accuſatium: aut cognati nominis actum.
Vt λῆρον ληρεῖς, nugás nugaris ineptus.
Rideat Aiacis riſum. tu gaudia gaudes.
Ludere uult ludum. dormit ſomnum Endymiônis.
Viuimus Abrônis uitam: quis nauiget æquor?
Hunc aliàs ablatiuo mutamus. obiuit
Morte repentina. Faciam ut poteris meminiſſe,
Dum uitā uiuas. rectā ire uiā haud licet ulli.

Verba aliquot,uel non actiua,uicem ſibi ſubdunt.
Ne precor iraſcare uicem noſtram.nec amabo
Excruciêre meam uicem amice.uicem Menedemi
Me miſeret.fac quæſo uicem doleas alienam.
Cice. 8 Dicere non dubitant noſtri:magnam quoque partem,
Ex ipſis uel iambis noſtra oratio conſtat.
Lucr. Non minimam partem mortis formidine aluntur.
Maximam item partem uiuunt hi lacte caprino.
A Græcis tranſlata:quibus uerbi genus omne
In quartum fertur:medij ſit,ſeu patientis.
Huc facit:Omnia nunc ſtomachor:nunc lætor utrunque.
Hoc aſſentior Antoni tibi:cætera Craſſo.
9 Tranſitiua queunt geminos admittere quartos:
Quæ(cum cælo) prêces,doctrinam ſignificabunt.
Vt:rogat,exoro,prêcor,óbſecro,flagitat,oro:
Poſtulat,& moneo,petit,exigo,poſco,repoſco.
Cum ſocijs docet,erŭdio:percontor,& hortor.
Horum paſſiuis etiam quartus datur alter.
Vt:ueniam rogat hunc:ueniámque rogatur ab illo.
Artem te docet Hermogenes:artémque doceris.
10 Accedunt & amictus uerba.uti ueſtio,cingo:
Induo,calceo,& exuo.ſed nunc iſta priorem
Permutant terno:nunc ſexto poſteriorem.
Nec deſunt,huc qui referant actiua uocandi:
Præterea præſto,do cum facio,probo,ſumo.
Vt:uoco te pecus arcădicum:te nomino fungum.
Te præſta Alciden:uxorem do tibi gnatam.
Me facis arbitrum:te quando uirum probo forte.
Pertinet hæc alijs,ad ĭdem,geminatio caſus.
11 Dictio continuum qua tempus ſignificatur,
Ad quam—ſiue—diu uox reddita:cuilibet aptê
Verbo ſuccedit:quarto in caſu,aut latiali.
Totos ánne dies ſtertit? quot uixerit annos?

Hunc treis horas,aut tribus horis opperiebar.
Quam pridem fato conceſsit? abhinc tribus annis,
Aut treis annos.aut,luſtrum non amplius unum.
Inſeritur bene per:multos hæc uiſa per annos.
In quoq; priuatim:locat agrum in quattuor annos.
Aut:in ſex,ſeptémue dies centum rogo nummos.
12 *Quod ſi quæſieris,quando,aut quo tempore factum:*
In ſexto caſu duntaxat ſubijciatur.
Vĕre Chăris regnat:Titan æſtate,Cereſque:
Autumno Bacchus:bruma Vulcanĕ triumphas.
Editus eſt quarta luna Tirynthius heros.
Dico dies intra paucos illum periturum:
Et:triduo,aut ad ſummum quatriduo periturum.
Omnia uertuntur uel puncto temporis.anno
Exacto redijt.longo poſt tempore uenit.
Dicitur & ſine poſt:in paucis ille diebus,
Quàm Rhŏdŏn appulit,uxorem duxit,ſine dote.
Præfertur quoque de:Surgunt de nocte latrones.
Déque die faciunt conuiuia lauta nĕpótes.
Fertur,ad īdus Auguſti:pro circiter īdus.
13 *Sic interuallum,ſpaciúmue locale gubernant,*
Porrigitur,diſtat,patet:atque ſynōnyma uerba.
Dic,ubi treis ulnas pateat cœlum? aut tribus ulnis.
Ne latum culmum,latúmue exceſſeris unguem.
Mille aberam paſſus:biduíque aberant ea caſtra.
Mart. *Te tamen ut uideam,tria milia non piget ire.*
14 *Sæpe Quirinali caſu diſtantia ſidit.*
Sicubi quid factum fuerit:ceu,Tertio ab urbe,
Vel quarto lapide,eſt captus latro.neque uitat
Accuſandi caſum,acceſſu præpoſituræ.
Eſt intra primum lapidem domus Heliodori:
Mart. *Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum.*
Cætera ſic effer:Perijt ſub mœnibus altis.

Occidit in caſtris:iacet in Phrygia,uel in agró.
Annibal ad Cannas,ut apud Trebiam quoque,uicit.
Fertur adumbratim:toto cælo Paris errat:
Alto iactatus:uectus terráque,maríque.
Septimus inſeritur caſus.ſi credere fas eſt
Victorino:pro per cœlum,altum,mare,terram.
15 *Syntheta nonnunquam dant caſum præpoſituræ:*
Quæ nunc ſola coit,nunc & geminata recurrit:
Aggreditur Venerem dictis:adit oppida paſtor.
Quemlibet allatrat:Cæſar traiecit ĭbērum.
Detrudunt naues ſcopulo.ſpe deijciuntur.
Eijcit urbe malos.rarum uim uiribus exit.
Dic ex inſidijs euaſit:item Libitinam.
Dic ignem acceſsit:nec non acceſsit ad ignem.
16 *Nec quartum ſpernunt imperſonalia quædam,*
Delectat,iuuat,atque decet:pro neſcio,fallit
Me:latet,atque fugit:me præterit. Attinet ad me,
Pertinet,& ſpectat,depoſcunt præpoſituram.
17 *Quom Cĕdo flagitat,ut quicquam exhibeas:dato quartum.*
Vt:Cĕdo quēuis arbitrum:cĕdo herū:cĕdo dextram.
18 *Iamdudum ætatem,priuatim Comicus effert.*
Aedĕpŏl haud diſpar in Adelphis,atq; Trinummo.
Hic hominem,comeſſatorem ſubditur illic.
Quin & in Eunucho:ſcitum hercle hominem,reperitur.
Ni quicquam dicas,ellipſi,diſsimulatum.
Tam propius quam proximè habent plærunque quaternum.
Vt propius uirtutem.Mauri proximè ĭbēros.
Fertur item propius ſtabulis:propiúſque periclo.
En,ecce haud repetam:nec quæ ſunt antè relata.

Ad

19 SVBDITVR *his quartus: quoties ſunt propoſituræ:*

Ad	*quæſtum.*
aduerſus	*ſolem.*
ante	*pedes.*
apud	*orcum.*
Circa	*regem.*
circiter	*idus.*
circum	*erymanthon.*
Cis	*rhenum.*
citra	*ebrietatem.*
contra	*inimicos.*
Erga	*doctos.*
extra	*culpam.*
infra	*tabulatum.*
Inter	*cygnos.*
intra	*horam.*
iuxta	*ciceronem.*
Ob	*uitium.*
penes	*hunc.*
per	*amorem.*
pone	*ſacellum.*
Poſt	*homines natos.*
præter	*morem.*
prope	*clauum.*
Propter	*ouile.*
ſecundum	*uirtutem.*
ſecus	*æquor.*
Supra	*quingentos.*
trans	*ſyrtes.*
uerſus	*amyclas.*
Vltra	*gades.*
uſque	*corinthon.*
aduſque	*columnas.*

Regimen Vocatiui.

O Appellandi caſum trahit:interim & heu,prò.
De quibus eſt dictum prius,in moderamine Recti.

Regimen Ablatiui.

1 Ablatiuum habeant (ter quattuor:

à	lare.
ab	ouo.
Abs	quinto.
abſque	tito.
coram	duce.
cum	ſene.
de	auro.
E	flamma.
ex	uſu.
præ	ira.
pro	ſpe.
ſine	fuco.

2 Fert tenus hunc patriúmque:palam ferme eſt ſine caſu.

3 Sex,modo dant quar-(tum,modo ſextū:

clam	patre:clam uos.
In	ius:in cælo.
procul	urbem: uel procul urbe.
Sub	ioue:ſub noctem.
ſubter	teſtitudine:ſubter Tellurem.
ſuper	amphitryone:ſuper garamātas.

His delectus ineſt:aliquo nam motio uergens,
In quartum fertur:ſextóque quies bene ſiſtit.
4 Quælibet in ſextum patiendi uerba feruntur:
A uel ab in medium ueniente.à Pallade miſſus.
Rodor ab omnibus.à Callicrate uapulat irus.
Aut uarie:A quo,uel per quem,res iſta geretur.
Et paſſiua regunt actiuorum bene caſus.
Excepto quòd quartum in rectum paſſio uertat:
Et rectum actiui permutet rite Latino.
Illa uirum furti,ac inceſtus inſimulabat.

Vir furti, ac inceſtus inſimulatur ab illa.
5 *Nec deſunt ex actiuis, quæ ſic quoque (præter*
Accuſandi caſum) ſuſcipiant Latialem.
In primis uerba Accipiendi: intelligo, habere:
Cum recipit, conduco, mutuor: audio, diſco:
Quæ duo non ſpernunt ex, & de: uti naſcor, oriri.
Deinde Repellendi, cum ſeparo uel remouendi:
Arceo, & eripit, aut adimo: tum furor, & aufert:
Hic ablatiuus mutatur ſæpe datiuo.
Adde Recedendi, & Diſtandi: differo, abhorret,
Abſum, abeo: tecum & diſcordo, diſſideóque.
Perſ. *Vindicta poſtquam meus à prætore receſſi.*
Subſcribunt quoque Percontandi, & uerba Petendi:
Flagito, poſco, rogo, cum poſtulo, ſciſcitor, oro.
Nam quarti alterius uice, ſexto ritè fruuntur.
Huc facit: hoc ab amico contendit uehementer:
6 *Ordinis huc numerale facit: tum mobile nomen*
Significans diuerſa: ut: primus, & alter ab illo.
Aut alius diuerſus: & à ſtudijs alienus.
7 *Nunc adhibent à, aut ab, nunc excludunt: oriundus*
Integer, immunis, liber, caſtus, uacuúſque.
Quorum de grege ſunt hæc præteritiua: creatus,
Natus, prognatus cretus, ſatus editus, ortus.
8 *Materies operis ſexto caſu ſolet edi:*
Præpoſitis ex, e, de: rarò diſsimulatis.
Pyramis è ſaxo: factúſque ex ære Coloſſus.
Durateus ſed equus ligno contextus acerno.
9 *Inſtrumenta uolunt in ſexto cuncta reponi,*
Subdita uel cuiuis uerbo, ſine præpoſitura.
Vt: Prætextam texi apio: perfuſus aceto.
Nunc ſude, nunc iaculo, nunc ſaxis impiger inſtat.
Ne gladio fodias ignem. ictus fulmine Locrus.
Septimus eſt caſus Latio: ſextúſque Pelaſgis.
10 *Adde rei cauſam: cum forma, uel modo agendi.*

Proſequor,& Sterno:tum Victito,ueſcor,& utor.
Nam,Veſcar lauros,tibi cedo Sibylla Tibulli.
Captus,contentus,pollens,& præditus:atque
Dignus cum ſocio,fermè gaudent Latiali.
13 *Dictio qua pondus,liquidi aut menſura notatur,*
Effertur ſexto bene,poſt non paucula uerba.
Vel bis ſex obolis in aqua:uel lacte dabuntur.
Pota uel è uino,cyathis,drachmisue duabus.
Mart. *Næuia ſex cyathis,ſeptem Iuſtina bibatur.*
14 *Syncritico gradui noſtratem ſubijce caſum:*
Res ubi diuerſæ ſunt naturæ,generisque.
Fratre ſuo minor eſt:maiórque ſororibus îdem.
Dulcius eſt reliquis mare Caſpium:id eſt minus acre.
Hoc circunloquimur,non illepidè ſuperantem.
Nil uirtute prius:nihil eſt precioſius auro.
15 *Præterea quemcunque regit caſum Poſitiuus,*
Cæteri & hunc impunè gradus admittere poſſunt.
Aruis gratus,gratior,& gratiſsimus imber.
Vt magnus natu:ſic maior, maximus eſſer.
16 *Exceſſus ſpeciem ſexto caſu moderatur.*
Vt:multo præſtat nunc torqueri,quàm apud orcum.
Excellit nimio:ſuperat multis paraſangis.
Me paulo minor eſt:te maior quattuor annis.
Denique,Tota cohors,pede non eſt altior uno.
17 *Mercandi uerbum ſexto precium regit omne.*
Exceptis tanti,pluris:quanti,atque minoris:
Ponendis genitiuo purè,ſiue ſeorſum.
Horat. *Quanti emptæ?paruo.quanti ergo?octuſsibus.eheu*
Quanto metiris precio?redimisne minore
Captiuos precio?(ſine tantidem,& ſine pluris:
Hoc fixum eſt,ſexto caret illud:)cætera iunge.
Præcepto nihil obſtat,uel quod Liuius effert:
Quantæ ſummæ damnatus fuerat:quia mulcta
Hic deſignatur.uel Comicus:illa uidetur

Quātiuis precij:quia res,aliúdue ſubaudit.
18 Poſt opus,interdum poſt uſus,ponito ſextum:
Subſtandi uerbo,& fermè accedente datiuo.
Non opus eſt dicto:quoties opus eſt tibi nummis.
Helleborum his opus eſt:Dux,Autórque,recepta.
Subijciunt patrium quidam:Plautus quoque quartum.
Quot regat interdico modis,paradigmata produnt.
act.
Marco pontifices interdicunt aqua,& igni.
paſſ. impers.
Nec ſecus interdicor,& interdicitur edam.
Legitiméque ferunt,interdico tibi ſcenam.
Aut:aqua,& ignis ei interdicuntur.pater(inquit)
Improbus hercule,cui nemo interdicere poſſit.
Dum pereas,nihil interdico,uiuere dicant.
19 Porrò ſuperſedeo potius ſextum moderatur.
Lite ſuperſedeat.dic cedo bonis,foro,& urbe.
Et decedo magiſtratu:ſiue ábdico memet,
Legibus ut ſoluar.nec non etiam cado cauſa.
Hic niſi diſsimules,ut in iſtis,præpoſituram.
Publico is abſtinuit:quem nunc habeo uice fratris.
Immò loco patris eſt:omníque loco numeratur.
20 Appoſito gaudet Pluit ablatiuo.ut abundè
Lacte pluit.raro dic,ſanguis,ſaxa pluebant.
Fert uſus,mereor benè,uel malè de ſtudioſis.
Dimico de uita:ſi pro contendere ſumas.
Temporis,atque loci ſpecies,non hic repetetur:
Vt neque Participans:ne cantem cóccygos inſtar.

Appendiculæ.2.

1 Quemcunque in caſum fertur modus ille fatendi:
Cæteri & hunc impune ſibi ſubiungere poſſunt.
2 Quin & idem uerbum uarios ſubdit ſibi caſus.
Diuerſa ratione.Librum dedit hunc mihi dono.
Intempeſta noctē,manū propria,Megadôrus.

Antiptōſis.

Eſt Antiptōſi locus, & caſūs hĕtĕrōſi.
Euge oculus meus. en Butroti aſcendimus urbem.
Vt ſubijt muro: iuueni tremor occŭpat artus.
Non eſt illepidum: Nobis licet eſſe diſertis.
Fertur &, id genus: omne genus: uel quod genus, apte,
Pro cuius generis. Como datur: illum, uti uiuat,
Optant. durius: iſtum, quem præſtolor, abiuit.
Dicitur Aeolice: uel quòd trabeate ſalutas.
Macteque uirtute eſto: pro mactus, trabeatus.
Liberius dicas: Et acuto robore uallos:
Quàm: ſtabat nauis coniuncta crepidine ſaxi.
Aut: Hæret pede pes: Rapuitque in fomite flammam.
Nam: Virtus altiſsimi obumbrabit tibi: nec non
Hebraiſmus. Et, Dilataſti mihi: olent dialecton Hebræam.
Quæ tranſitiue dantem ſubdit, uice quarti.
Graio more cadunt aliquot: ſed non imitanda.
Græciſmus. Deſine quæſo querelarum: Dominantur eorum.
Vt uobis decet: In mentem fuit: Eſſe in honorem.
Vtere laudat in os: hæc in uulgúsque probantur.

Periphraſis.

Quin & Circuitus caſum uerbi trahit, eius
Quod circunſcribit: ſicut uerbalia quondam.
Quid tibi tactio erat noſtram, uel notio amicam?
Neſcius id non ſum. nihil eſt ſibi conſcia uirgo.
Quin id nunc operam do ſcilicet. idne mihi eſtis
Autores? eiusque rei in mentem mihi uenit.
Idque anus indicium mihi fæcit: ut eſt in Adelphis.

Eclipſis.

Nec male defectu uerbi ſermo mutilatur:
Cum certi quiddam latitat: cum gratia, & uſu.
Ventum erat ad Veſtæ: Non omnia poſſumus omnes.
Fas odiſſe malos. hæc ſecum. dij meliora.
Tityre coge pecus. ſic ò plærunque ſubaudis.

Non eſt ſoluendo.metus,ætas hoc prohibebant.
Italiam uenit.Miſeram me,térque,quatérque.
Pridie,& ex Poſt compoſito ſubiunge quaternum,
Ante ſubaudita:patrium ſubdes alioqui.
Aut citra caſum pones,quàm,uoce ſequuta.
Octauóque Calendarum fer,ſiue calendas.
Cauſa ſubeſt hic:Nec memini,lætórue malorum.
Quæ neque patrandi belli cognouit.itémque
Iuſtitiæ ne prius mirer,bellíne laborum.

Synecdoche,ſiue Eclipſis græca.

Nos helleniſmum,compendi cauſa,imitamur:
Vel quoties quartus ſiſtit poſt mobile nomen:
Vel uerbum medium,aut patiens,cum participante.
Creſſa genus Pholoe.tremit artus.& nequit unquam
Expleri mentem.Naſum nidore ſupinor.
Læuo ſuſpenſi loculos,tabulámque ſiniſtro. lacerto
Et collecta ſinus.Vultum demiſſa profatur.
Eclipſin perhibent:plæriſque ſynecdocha fertur.
Hÿ κατὰ diſsimulant.illi cenſent Aoriſti
Eſſe loco actiui,Romanum præteritiuum.
Mollius autem:Suſpenſis loculis,tabuláque.
Collectóque ſinu.uultu demiſſo,ita fatur.
Atque per Ellipſin græcorum more leguntur:
Quid,multum,paulum,minimum:quantum,aut aliquantum,
Cæterum:item nimium:niſi nunc aduerbia dicas.
Quale:Quid offendi?Quantum mutatus ab illo
Hectore?Plurimum enim fœtus parit urſa quaternos.
Germani quid habent:Hoc æui:Id temporis:Iſtuc
Aetatis.niſi mauis temporis eſſe quaternos.

Apoſiopeſis.

At quoties ſermo plus æquo demutilatur:
Vel præciſio,uel reticentia rite uocatur.
Quæ fit:cum timor,ira,pudor,digreſsio ſuadent.
De noſtrum omnium,ait Cicero,non audeo totum

Dicere.

Dicere. Quem quidem ego, ſi ſenſero. tum Maro noſter:
Nouimus & qui te: tranſuerſa tuentibus hirquis.
Nec requieuit enim, donec Calchante miniſtro:
Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo?

Parelcon, & Pleonaſmos.

Eſt alibi caſus adiectio, ſiue parelcon.
Vt: Quoad eius poſſet, eos bello prohiberet.
Et: Minime pol gentium. abundat utrinque paternus.
Nec Pleonaſmus abeſt: Hunc pelle ſuo ſibi telo
A foribus, Viuunt plærique ſuo ſibi ſucco.
Atque: ſuo ſibi ſeruit patri Tyndarus emptus.

Congreſsio, ſiue Adhærentia.

1 *A nullo pendent ablatiui duo ferme:*
Conſequi ubi quid declarant, uerbo coeunte.
Quos bene particulæ ſoluant Cum, Dum, Quia, Poſtquam.
Auguſto regnante ſalutis naſcitur autor.
Te ſpectante Simon, gens hunc oppreſsit hiulca.
Iudice Pilato, camúmque, crucémque ferebat.
In quo participans puer exiſtente ſubaudi.
Præteritum ſolum, neutro genere uſurpatur.
Monſtrato, quid ſit morbi: curatio reſtat.
Et ſapit: excepto quòd ſeruit principis auri.
Horat. *Excepto quòd non ſimul eſſes, cætera lætus,*
Cum ſpectant ad idem duo commata, contrahe in unum.
Littora tuta legens, ſcopulos uitabo Maleæ.
Ducite uallum, ne ueniens uos opprimat hoſtis.
Sacra ex æde forem raptam tulit impius Hermes.
Præteritum caſus accuſandi lepide hæret
Do, cupio, curo, peto, trado, habeo, uolo, oportet:
Nonnullisque alijs: ut: oportuit hercule dictum:
Nec non conſultatum. hoc effectum tibi reddam.
Quidam pro foribus te conuentum expetit hoſpes.
Vſus, ŏpus ſcite cum ſexto congrediuntur
χρεῖαι. *Præteriti: quoties deſignat chrian utrunque.*

Cum tacito eſt opus,exclamas:neque dicto erat uſus.

De infinitis.

2 *Infinita proæreticis conſtanter adhærent:*
Et uerbis animi:nullo nexu coeunte.
Vt:iubeo ſaluere Chremem.meminiſſe id oportet.
Non poteris Tethyn,ſimul & Galatæan amare.
Hortor adire librum.griphos narraſſe uideris.
Iuſſus abire,ſequar nolentem perdere chartas.
Aut quoties aliò transfertur notio uerbi.
Stat caſus renouare omnes:Vnum omnia poſſe
Diſrumpuntur.item:Non eſt occidere echinos.
.i.doluit
Et metalepſis ineſt:Nam me diſcedere fleuit.
Aut per circuitum.certum eſt illuc proficiſci.
Plinius eſt autor:non ici fulmine laurum.
Aut ita priuatim:Studium quibus arua tueri.
Prop. *Iam tempus luſtrare aliјs Helicona choreis.*
3 *Adiectiua facultatem ſignantia,tutò*
Indefinitum præeunt:ut dignus amari.
Aetas apta regi.concedere neſcia Pallas.
Verba expectandi cum uerbis pollicitandi
Subiјciunt poſt ſe tempus plærunque futurum.
Aut per circuitum fore,nec non eſſe futurum.
Quod genus auguror,& confido,exiſtimo,ſpero.
Sperat amicitiam fore notam poſteritati.
Hoc ego confido permanſurum generoſis.
Quod bene præſenti iungas,& præteritiuis.
Facturos fore,mittendos fore Liuius edit.
Et fore uenturum Cicero:ne diſtet ab eſſe.
Durius eſt:Hoc credo meos dicturum inimicos.
Rémque futurum præſidio:uxorémque datum iri.
Perſius argolicè:Lætari prætrepidum cor.
Pro ut lætetur.Horatius,Vt melius pati,in Odis
Inquit:pro,ut patiaris.& Andinus quoque uates:

Peſtis acerba boum,pecorique aſpergere uirus.
Nam poſt ὡς,aut ὥστε poteſt ἀπαρέμφατον addi.
At quaſi pendeat à nullo,indignando poëtæ
Exclamant:Méne incœpto deſiſtere uictam?
Nulláne in re cuiquam homini eſſe fidem? niſi oportet,
Vel decet,ellipſi dicamus diſſimulatum.
Aut Epiphonema eſt: ueluti:Sic omnia fatis
In peius ruere,& retro ſublapſa referri.
Nam recti partes agit infinitum aliquando:
Atque uícem reddit finiti:ut diximus antè.

Solutio infinitiui.

Perpetuus modus in finitum ſoluitur apte:
Quartus quando palàm præit hunc,aut diſſimulatim.
Sed uarie uerſus,modo fit modus ille fatendi,
Poſt hæc:lætari,puto,opinor,gaudeo,credo:
εἰδικῶς. *Atque uoluptatem capio:quòd ſubueniente.*
πλικῶς. *In ſubiunctiuum modo uertitur(ut famulante:)*
Poſt uolo,& impero,permitto,iubeo,ſino,mando:
Poſtulat,& moneo,exigit:atque ſynonyma uerba.
Non temerè ſolues:ubi non à fronte quaternus.
Audeo id affirmare:incepi ſcribere primus.
Dicitur implicitè:ueto quiſquam faxit oletum.
Atque:Cauē facias.uolo dicas.iuſſit abires.

De Supinis.

4 *Verbis quæ motum ſignant,prius adde ſupinum.*
It comeſſatum,ſpectatum admiſſus amator.
In do nuptum,do uænum latitat quoque motus.
Aut huic additur eſt,imperſonaliter hærens.
Ceſſatum ſatis eſt:conclamatum eſt:ſimul actum eſt.
Participans aliâs uerbo motus adhibetur:
It uiſurus agros.abit oraturus amicos:
Accedéſque iterum Veneri plorandus Adonis.
5 *Poſteriora adiectiuis conſtanter adhærent:*
Procliue eſt factu.res eſt indigna relatu.

Atque Nĕfas dictu, Ciceronis habet Cato maior.
Nam ſurgit cubitu: Redit obſonatu, aboleſcunt.

De Gerundijs.

6 *In Di quando cadunt, appone Gerundia fixis:*
Raro adiectiuis. ut: Scribendi κακόηθες
Edendi dedit anſam: dicendi ſtudioſis.
7 *In Dum finitis Eſt, uel fuit adijciatur:*
Quando neceſſe notant: ferme comitante datiuo.
Viuendum eſt homini recte: cuiuis uigilandum eſt.
Hæc in ἐον Poſitiua uocant aduerbia Græci.
Poſt quoque ſuccedit caſus uerbi genuinus.
Vtendum eſt mihi fuſte. tibi linguæ moderandum eſt.
Ni quid ab Actiuo ducatur. nam ſolet illud
Verti in participans paſſiuum. Etſi Maro dicat
Cum priſcis: Pacem Troiano ab rege petendum.
Nam ſolenne magis, Pax eſt à rege petenda.
Et: ſeruanda fides: Mos eſt plæriſque gerendus.
Cætera non ſpernunt ad, ob, inter præpoſituras.
Vt: Vehemens ad dicendum: Piger ad uigilandum.
Ad defendendum: uel ob abſoluendum ea cæpit.
Inter cœnandum: reperitur & Ante domandum.

8 IN *Do præcedunt* { *in: ab: ex: de: cum:* } *ſimileſque.*

In conſultando, lingua: in pugnando, opus armis.
A diſcendo nos abſterrent, atque legendo.
Subijcitur parcè caſus uerbi: in tribuendo
Cuique ſuum. Reperitur idem ſine præpoſitura:
Non minus actiue, quàm paſſiue enucleandum.
Mens diſcendo alitur. fabricam diſces fabricando.
Hos accuſando, illos occidendo hilareſcis.
i. dum alitur.
Lucret. *Hulcus enim uiueſcit, & inueteraſcit alendo.*

Forma

Forma uidendo urit: cantando rumpitur anguis.

Archaiſmos.

HOC *ueteres uſi ſunt ſchemate: Nominitandi*
Iſtorum tibi copia: Creſcendique nouarum.
Denique adhortandi ueſtri cauſa loquor iſtæc.
Hinc liquet incerti generis, numerique fuiſſe
Diſfinita: dein paſsiui ſignificatus.

Græciſmus.

NON *habet ulla ſupina, nec ulla gerundia Graius.*
Horum quippe uicem ſupplent ἀπαρέμφατα *uerba.*
Hinc & abutitur infinito Aeneidos autor:
Non nos, aut ferro Libycos populare Penates
Venimus. idem alibi: Nec ſit tibi cura mederi.
Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros.
Fitque modis alijs: ut paulo diximus ante.

De Aduerbijs.

9 VNA *cum uerbis Aduerbia congrediuntur:*
Vt ſimul illuſtretur circunſtantia uerbi.
Bis dat, qui citò dat. Belle narras. Ea fusque,
Déque fero. uel ſurſum curſitet, atque deorſum.
Hic ſitus eſt, Huc appulit, Hinc abit, Hac rediturus.
Commune eſt Peregre motus uerbo, atque quietis.
De loco & uſurpes inferne, ſiue ſuperne:
Funditus, & radicitus: & ſimilis ſpeciei.
Sed uariant alias, Faciunt humanitus urſi.
10 AD *reliquas parteis opportune referuntur.*
Nil, temere dictum, perit: admodum anus tumulatur.
Atque parum laute nos accepit, ſat auarus.
Prudenter peccanti, haud debetur uenia ulla.
Multo ante, aut aliter: Paulo poſt, aut ſecus effer:
11 *Sunt etiam, quæ ius habeant in tempora quædam:*
Verborúmque modos: ſenſu ſuadente, uel uſu.
Iamdudum, iampridem, olimiam: optant magis inſtans.
Horat. *Iactamus iampridem omnis te Roma, beatum.*

Præterito gaudent dudum,pridem,modò,nuper.
Dudum narraſti.nuper mihi tradidit Aegon:
Atque futuro Mox:alibi iamiam geminatum.
Sed uariant olim,quondam,iam,nunc,aliquando.
At iandudum,pro quamprimum,continuóue,
Cunctis temporibus,ſimulatque modis famulatur.
Iandudum fatur.iamdudum ſumite pœnas.
Sill. *Ipſa adero:tendat iandudum in iápyga campum.*
12 *Temporis hæc aduerbia Dum,Quom,poſtquam,Vbi,Donec:*
Nunc Finitiuo,nunc adiunctiuo adhibentur.
Catul. *Vt:Virgo dum innupta manet,dum chara ſuis eſt.*
Sed Fabio illud dum,quoad:hoc ualet.uſque eo,eidem.
Tantiſper blanda eſt:dum,quod rapiet,uidet Acme.
Virg. *Tertia dum Latio regnantem uiderit æſtás.*
Subdi amat Expecto,Moror,opperior,uice donec.
Dum proſim tibi:tanquam dicas dummodo proſim.
Stat. *Non tam grande ſonat,motis incudibus Aetna,*
Quom Brontes,Steropésque ferit:nec maior ab antris
Lemniacis fragor eſt:ubi flammeus ægida cælat
Mulciber:& caſtis exornat Pallada donis.
Quom noris,quàm ſim lepidus ſpectator amorum.
Poſtquam uox coniuncta,modorum principe gaudet:
Et Subiunctiuo ferme diuiſa.ſed Ante—
Quam,atque Priusquam,nonnihil immutare uidentur.
Virgil. *Poſtquam nos Amaryllis habet,Galatea reliquit.*
Sed poſtquam acceſsit prŏcus,occipit illa mĕrere.
Poſteaquàm magnas claſſes exædificaſſet.
Nuda feris utinam obÿciar,uel tygr.bus,ante—
Quam occupet hos uultus macies.aut;Ante pudor quam
Te uiolo,aut uiolem.ſic uſurpabo Priusquam.
Virgil. *His ubi læta deæ permulſit pectora dictis.*
Ille ubi naſcentem maculis uariauerit orbem.
Donec eram ſoſpes:Donec regina ſacerdos
Virgil. *Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.*

Ne peregrina

Ne peregrina adeas, donec noſtratia nôris.
Huc adiunge quoad, ſenſu paulum uariante.
i. cũ cõiũctiuo ponũtur.
Quæ que fere dubitant, ſimul, & ſimulac, ſimulatque.
i. cũ indica.
Indicat Vt, pro ſicut, poſtquam, quomodo, quantum.
Vt nunc ſunt mores. Chiron ut uenit in urbem.
Vt ualet? ut ſolet is, quem non quit Hygēa lĕuare.
Vt uidi, ut perij? ut me malus abſtulit error!
Congreſſum ſimilem, uel ubique ſynonyma poſcunt.
13 *Signa Affirmandi, iurandi: & ſiqua rogabunt:*
Iure ſuo debent poſt ſe modum habere fatendi,
Atque Poteſtatis. Næ ego fortunatus homo ſum.
Sic eſt. Pol mihi uerba dedit. non hercule ŏpinor.
Heus. an tu tetigiſti has ædes? Quid tibi quæris?
Virgil. *An mare quod ſupra, memorem? quódque alluit infra?*
Eloquar, an ſileam? recte ſic: at dubitanter.
Nota. *Num monoſyllaba uox, & Non diſtant rogitando:*
Hoc intrinſecus affirmat, tacitè negat illud.
Non ego te ſpoliaui? hoc eſt: Ego te ſpoliaui.
Num ſpoliaui ego te? quaſi dicas: Non ſpoliaui.
14 *Signa rei non plane perfectæ: Propè, Penè,*
Tantumnon, ~~Modonon: Temerè cum non~~ ſociatum:
Abſoluunt ſenſum, uerbo contenta uel uno.
Penè acta eſt Comœdia Tantum non ſuperabant.
Is, modo non montes auri, mihi pollicitatur.
Haud temerè unquam peruĕnit ad frugem, indole præcox.
15 *Hortandi uoces adſciſcunt imperitantem*
Eia age rumpe mŏras. Agedum dic obſecro ſodes.
Ne ſiquando uetat: modum amat nunc imperitandi,
Nunc ſubiungendi. Ne ſæui magna ſacerdos.
Ne metuas: ne faxis: Ne quæras Deus eſſe.
Non minimè imperitat, reliquis affectibus aptum,
Non eo: non irem, aut iſſem: non iſſe pigebit.
Solœciſmus Alabandiacus. *Incĭdis in uitium: Non fac (pro Ne fac) abutens.*

16 *Non regitur uocitans à uerbo:propterea quòd*
Vel ſubſiſtentis,uel agentis,uel patientis
Perſonam repræſentare nequit.licet ultrò
Succedat fermè perſoua ſecunda uocanti.
Pandite nunc Helicôna deæ,cantúſque mouete.
17 *Optandi modus,uſque notis proprijs adhibetur:*
Vt,cum re,magis intendant aduerbia uotum.
O utinam pelago forct obrutus arbiter Idæ.
Hæc utinam obtingant.O ſi remeaſſet in urbem.
O mihi tam longæ maneat pars ultima uitæ.
Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus *Oſtendat.*
Vel ſic:Dij te eradicent.Dij uiſa ſecundent.
Et fibris ſit nulla fides,ſed conditor artis
Præteri- *Finxerit iſta Tages.ita Lucanus ſine ſigno.*
tũ optati *Hortandi modus,aut eſt Authypotactos,amemus.*
ui perfe. *Viuamus mea Leſbia:&,In media arma ruamus.*
Sic obteſtantis uox,priuatim reperitur.
Sic te diua Cypri,nauis:ſic Aeolus ipſe:
Sic Caſtor,Polluxque regant.Sic mater,& uxor:
Sic tibi ſint fratres:ſic ſalua domus quoque tota.
Ne pro non optatiuo coniungere fas eſt.
Vt:Ne ſim ſaluus:ſi aliter,quàm ſentio ſcribo.
Mart. *Ne ualeam,ſi non res eſt gratiſsima nobis.*
18 *Ceu,tanquam,quaſi:cumque perinde,acſi:haud ſecus acſi:*
Da proprijs uerbis affixa,modo Dubitandi.
Sill. *Ceu clandeſtino traheretur fœdere bellum.*
Tanquam feceris ipſe aliquid magni.Quaſi nunc non
Norimus nos inter nos.Fac quæſo perinde
Acſi res eſſet tua.nono Sillius inquit:
Haud ſecus,acſi fauſta forent,& proſpera pugnæ.

Obſeruatio.

Sex aduerbia imaginis,exponi perhibentur
Per ſubſiſtendi uerbum,tacitè quaſi preſſum.
Quæ ſunt hæc:Veluti,uelut,ac Vti:Ceu,Quaſi,Tanquam.

Incédis,

Incêdis,quaſi rex:tanquam canis:aut uelut urſus.
Hoc eſt:incedis,quaſi rex,urſus,canis eſſes.
Sicuti,Vt,& Sicut,per idem uerbum expediuntur.
Tu loqueris ſicut rex:hoc eſt,ut loquitur rex.
Quanquam ſanè Vt,Vti communia utriſque uidentur.

Acceſſio de Coniunctionibus.

Verbi ſæpe modis etiam Coniunctio gaudet.
Nam,uelut articulus,ſermonem colligat ipſum.
19 *Aduerſatiuæ primo fermè modo adhærent:*
Harum principio quoties oratio creſcit.
Quod genus eſto Tametſi,Quanquam,Etſi,ac Etiamſi.
Quanquam rite canunt,tamen errauere poetæ.
Adiunguntur & hæ ſubiunctiuis aliquando:
Quum uerbis hærent,medio ſermone locatæ.
ex Fabio. *Cædi diſcipulos,quanquam ſit ubique receptum:*
Et non improbet id Chryſippus:ſanè ego nolim.
Sed Licet,& Quanuis ſubiunctiuum magis optant:
Propert. *Te licet, orantem fuſcæ deus audiat aulæ.*
Virg. *Quanuis multa meis exiret uictima ſeptis.*
Indicat hoc aliàs Lyrico uati,uel utrinque:
Quanuis Scæna ſatis per te tibi conſulis,& ſcis,
Quo tandem pacto deceat maioribus uti:
Diſce docendus adhuc,quid cenſet amiculus.idem:Es
Dante minor,quanuis te fers nullius egentem.
Ad parteis alias etiam parce referuntur.
Vt:Complectitur hunc quanuis meritum male de ſe.
Lucret. *Id licet hinc,quanuis hebeti cognoſcere corde.*
Diligit hunc etiamſi peſſime ubique uolentem.
Propert. *Immatura Licet,tamen huc non noxia ueni.*
20 *Cauſales uariant:Niſi,Ni:Quia,Quod:Siquidem,Si,*
Et finitiuo,& ſubiunctiuo inſinuantur.
Hanc adimet nemo,niſi mors.Abeo:niſi quid uis.
Nemo bene imperitat,niſi paruerit prius idem.
Sill. *Ni fugis hos ritus:uirtus te ſæua iubebit*

Per medias uolitare acies,medióſque per ignes.
Ni pater eſſes:exciperem te ſcommate ſalſo.
Te quia diligo,ob.id noto:non quia ſic meruiſti.
Non quia ſit pauper:ſed quòd ſit homo improbus,odi.
Quòd ſpeciem generi præmittit,ubi idicon extat. .i.formale.
Hoc niſi fit,mauult indefinita Latinus.
Quòd rem curaſti communem,per mihi gratum eſt.
Quòd tibi res felici euenerit alite,lætor.
Adde quòd(amplificando)modo præpone fatendi.
.ſ.amantes.
Lucret. *Adde quòd abſumunt neruos,pereuntque labore.*
Lucret. *Adde quòd alterius ſub nutu degitur ætas.*
Adde quòd inſidiæ ſacris à uatibus abſunt.
Vnica uox Siquidem(pro nam)plærunque fatetur.
Lucan. *Hoc ſiquidem ſolo ciuilis crimine belli*
Dux cauſæ melioris eris.Siquidem experiendo
Cuncta ſcies.Valeat,ſi certe:ubi ſunt duo uerba.
Si,quidem amaret,tum iſtuc prodeſſet Gnatho nobis.
Solum definit Si:cum res facta notatur.
Virgil. *Si te fata uocant.Veſtro ſi munere tellus*
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.
Indicat,& dubitat Si uocula conditionis:
Propert. *Aut ſi es dura,nega:Sin es non dura,uenito.*
Si proreta es,ero ipſe gubernator.ſubit & Quis:
Lucret. *Arboribus primum certis grauis umbra tributa eſt.*
Vſqueadeo,capitis faciant ut ſæpe dolores:
Siquis eas ſubter iacuit proſtratus in herbis.
Fortéque priuatim:Si fert ita forte uoluntas.
Nec non ſic:Si forte ita fert natura locorum.
Quòd,non illepidè uoces præcedit eaſdem,
(Alternans utrunque modum)pro at,ſedúe repoſtum.
Horat. *Quòd ſi non odio peccantis deſipit augur:*
Carus eris Romæ,donec te deſeret ætas.
Lucret. *Quòd ſiquis uera uitam ratione gubernat:*

Diuitiæ grandes homini ſunt uiuere parcè
Aequo animo. quòd Virgilius niſi iunxit, in illo:
Quod niſi & aſsiduis terram inſectabere raſtris.
Et ſubiunctiuo, non inconcinniter, hærent.
Si crebro iacias: Venerem iacies aliquando.
Plura quidem ſcelera in præſenti commemorarem:
Si ſol uidiſſet quicquam hoc indignius uno.
Horat. *Si quis fortè uelit puerum tibi uendere, natum*
Tibure, uel Gabijs: & tecum ſic agat. idem:
Quòd ſi tam Græcis nouitas inuiſa fuiſſet,
Quàm nobis: quid nunc eſſet uetus? aut quid haberet,
Quod legeret, tereretque uiritim publicus uſus?
At Si pro quanuis ſubiunctiuum ueneratur.
Virg. *Magnanime Aenea: non ſi mihi Iuppiter autor*
Spondeat, hoc ſperem Italiam contingere cælo.
Et: Redeam? non, ſi me obſecret. parcius utar:
21 *Quatinus, & Quando, cum Quandoquidem fateantur:*
Pro quoniam poſitæ: nec Poſteaquam hunc fugit uſum.
Quatinus hic ſpirare diu, longúmque negatur
Eſſe: relinquamus, quo nos uixiſſe probemus.
Terent. *Duc me ad eam, quando huc ueni, ut uideam, mea Myſis.*
Quæſo deos, ut uiuat: quandoquidem pater ipſe eſt
Ingenio bono. item, Sancitum quandoquidem extat.
Poſteaquam mihi non credit, ſe conſulat ipſum.
22 *Indicat & Quoniam fermè, diſtans aliquantum:*
Nam cauſam crebro præit, illæ ſæpe ſequuntur.
Lucret. *Quapropter, quoniam nil noſtro in corpore gazæ*
Proficiunt, neque nobilitas, neque gloria regni:
Quod ſupereſt animo quoque nil prodeſſe putandum.
23 *Quippe fatetur, habens proprium uerbum: & rationem*
Reddit (pro quia certe, uel quoniam.) Venia iſti
Danda eſt: quippe ægrotat. Virgilius quoque teſtis:
Quippe domum timet ambiguam. ſed Qui comitante,
24 *Fert utrunque modum. Subiunctiuo tamen Vtqui,*

Vtpote qui,utpote quum,gaudent:& pro quia ſumptæ.
Non eſt coniugi habenda fides,nec item tibi:quippe
Qui iam ſæpe fidem ſoluiſtis:ſolueritisue.
Non eſt huic fidendum:utqui deceperit ægrum:
Vtpote qui dederit Scriblitam,pro Pyramunte:
Vtpote quum dederit,pro herba Lichene,Cĭcutam.
Ede Vt,& Vtpote pro ceu,uel tanquam ſine uerbo.
Odi Martem,ut in omnes ſæuum:aut,utpote ſæuum.
25 *Quum,pro quandoquidem,ſubiunctiuo ſociandum.*
Horat. *Quum tot ſuſtineas, & tanta negocia ſolus:*
Res italas armis tuteris,moribus ornes,
Legibus emendes:in publica commoda peccem,
Si longo ſermone morer tua tempora Cæſar.
Pronūciatiuus, id eſt, indicatiuus. *Pro Poſtquam ſubiungit,item Pronunciat aptè,*
Quum conuictus homo audaciſsimus obticuiſſet,
Poſtremo patefecit.Deinde impunius id fit,
Quod,quum eſt factum,non dubitamus poſſe negari.
Non aliter uariat,pro quando:ut diximus ante.
26 *Qui,cum ſignificat cauſam,quoniámue,requirit*
Subiunctiuum:ceu,Tyriam qui adueneris urbem.
Sanus ne es,qui me id rogites?Delirus es,iſti
Qui credas terræ ſoboli,tantis de rebus:& excors.
27 *Quàm uox electiua,modo præfertur utrique.*
Accuſas grauius me,quàm patitur tua uirtus.
Annĕ Bonum cenſes aliud,quàm ponat Ariſton?

ANNOTATIO, QVIBVS SVCCEDANT *Quàm,Atque,Ac.*

Tres,Quàm Atque Ac,uarijs ſuccedunt uocibus aptè:
Pro ſenſu uario.Poſt collatiua reſidunt.
Illi,non minus,ac tibi,pectoris uritur imum.
Horat. *Arctius,atque hedera procera aſtringitur ilex.*
Poſt Præſtat,uel Præualeo:ceu:Nonne mori per
Virtutem præſtat,quàm probro amittere uitam?
Poſt Alius,Diuerſus.Longe alia ratione,

Ac reliqui

Ac reliqui certant. Quum aliud cognoſceret, atque
Sentiret. Quin diuerſum pranſus ualet, atque
Potus, quàm indicat inflectendi clauſula diſpar.
Poſt Aliter, ſecus: & Contrà, Suprà quoque ſidunt.
Virgil. *Haud ſecus, ac iuſsi faciunt. Aliter tuum amorem,*
Terēt. *Atque eſt, accipis. idem ſic: Vereor ne aliorſum,*
Atque ego feci, acceperit. aut: Contrà ac habet æquum.
Et: Qui, contra atque eſſet dictum, cōſeruiſſent.
Nec uinces, ſi contra quàm rapit unda, natabis.
Fert, Supra quàm cuiquam credibile eſt, quoque Criſpus.
Poſt Aeque, uel Item, Pariter, Iuxta, atque Perinde
Tres poſitæ uoces: ut, ſicut ſignificabunt.
Quis miſer æque eſt, atque ego ſum? Pariter rex
Patribus, ac plebi gratus. Plærunque trucidat
Hoſtis inermes iuxtà atque armatos truculenter.
Poſt Idem, Similis, Par: ponuntur uice qualis.
Nunc animus te erga meus, idem eſt, ac fuit olim.
Ne ſimili utamur fortuna, atque hic ſumus uſi.
Robore nequaquam pari ad hæc patienda fuiſſent
Ac Romani: Præterea, ne ſperne, Pro eo atque:
Siue, Pro eo ac: poſitum uice, ſic Vt: ſiue perinde ut.
Eſt pro eo habendum, acſi non factum iure fuiſſet.

De Abſolutiuis.

28 VT, NE *finales uerbi genus omne ſequuntur:*
Atque modum ſemper Subiunctiuum ſibi ſubdunt.
Deſudo, ut proſim tibi. Scribo, ut poſt imiteris.
Hæc interpretor, ut diſcas. Tyróque docetur
Grammaticen, ut ſcitè, emendatéque loquatur.
* *Excubo, ne fallant hoſtes. Metuo mihi ne obſint.*
Fingitur arte puer, ne iam deliret adultus.
Sæpe loquor tecum: Ne uentis uerba profundam:
* *Vtraque ſic accepta, modorum tempora nectit*
Imparium paria. inſtanti nam ſubditur inſtans:

.i.imper- *Præterito præeunte, quod inchoat adijciendum.*
fectum. *Orat hera, ut uenias. hera iuſſit, ut ipſe uenires.*
Tibul. *Effice, ne macies pallentes occupet artus.*
Quinetiam timuit, ne paruam gratiam iniret.
.ſ.ut

* *Huc ſpectant Vti, Quo, perfectiuam referentes.*
Hi uigilant, ut (ſiue uti, ſeu quo) ſint locupletes.
Sæpius obiurgo te, quo reddam meliorem.
Thais ait: Non pol, quo quenquam plus ego amem, aut plus
Diligam, eo feci. Hic quo non tam ut, quàm quia ſignat.
Metuo, ut ne * *Vt ne ſignificant, id quod ne ſola: uel, ut non.*
pereat .i. ut *Tullius: Impetrant, ut ne iurent. Ita faxis,*
nō, more Ci- *Vt ne quid properes. Vt ne illudamur ab illis.*
ceronis. Vitru. *Vt ne plus pateant palmum. Vt ne quid nimis, inquam.*
.i. finali- * *Additur Vt πλἰκῶς, etiam poſt uerba Timoris:*
ter. .i.negat .i.affirmat.
Pro, ne non. Vt enim abdicat hic: Ne dedicat, illic.
Iam timeo, ut tu ſuſtineas. Metuo, ut Crito ſubſtet.
Dic: Vereor coniunx ut reſciſcat: Vereor ne
Reſciſcat: Vereor, ne non reſciſcat. & : Vt ne.
29 *In genere: Vt ſequitur Rogitandi, & uerba Iubendi.*
Et Metuendi: cum Facio, Fio, Efficióque.
Exin apoſtaticôs (adiunctiuóque ſequente)
Poſt Adeo, Tam, Tot, Talis: Sic, aut Ita, Tantus.
A quibus in totum Quòd abhorret: cum ſit ineptus,
Solæciſmus *Aut Alabandiacus ſermo, Quòd pro Vt ſubeunte.*
Alabandia- * *Nemo adeo pius eſt, ut non aliquando uacillet.*
cus: Rogo quòd facias: *Tam canit argute Maro, ut æquiparetur Homero.*
Timeo quòd *Tot curis diſtringor, ut ignorem, quid agendum.*
ueniet. *Talis uita erat, ut nihil huc accedere poſſet.*
Sic ſtudijs incumbit, ut oblitus ſit amorum.
Hoc ita uerum eſt, ut nemo queat inficiari.
Autor enim Fabius, nimirum tantus, ut unus
Sufficiat pro multis. pertinet huc Adeo non,

Et

Et Tantum annectens Abſum,uel Abĕs,uel Abeſt:ut,
Sola herbis adeo non infeſtatur,ut hæc res
Ipſa herbas perimat.Sed tantum abĕs à pietate,
Vt ne fundamenta quidem ſubſtruxeris ulla.
** Non aliter Facio ſubiunctiuis adhibetur:*
Cum uelut alterius uerbi eſſe periphrăſis optat.
Non faciam,ut cuncta enumerem.hoc eſt,non numerabo.
** Nec ſecus inſinuabitur Eſt:& Fio uenuſte.*
Si eſt,ut culpam in ſeſe admiſerit Antipho:pro,ſi
Admiſit culpam.quo more Lucretius inquit:
Eſt quoque,uti poſsit magnus congeſtus arenæ
Fluctibus aduerſis oppilare oſtia contra:
Cum mare permotum uentis,ruit intus arenam.
Quo fit,uti pacto liber minus exitus amni:
Et procliuis item fiat minus impetus undis.
Fit quoque,uti pluuiæ forſan magis ad caput eius
Tempore eo fiant.effert ita ſæpius idem:
Propterea fit,uti uideantur dicere uerum.
Fit quoque,ut interdum ſimiles exiſtere auorum
Poſsint:& referant proauorum ſæpe figuras.
Námque alias fit,uti claro ſit rubra Pyropo.
Denique(pro,Vnde quidem malo)Satyrógraphus edit,
Vnde fit ut malim fraterculus eſſe gigantum.
30 *Vt concedentis uox,ſiue loco ſita quanuis,*
In Subiunctiuum fertur:Naſone canente,
Vt deſint uires:tamen eſt laudanda uoluntas.
Et Satyra:Serui ut taceant,iumenta loquentur.
** Vſurpatur ad hunc morem,Vt non,pro niſi,uel quin.*
Haud fieri hercle poteſt,ut non dicas,quod abundet.
31 *Quòd quoque(pro cur)adfert ornatus aliquantum.*
Eſt quòd te uiſam.Nihil eſt quòd multa loquamur.
Non habeo quòd te accuſem.nil,quòd uereare,eſt:
Virgil. *Si ad uitulam ſpectes,nihil.eſt quòd pocula laudes.*

De modo Potentiali, obſeruatio.

Porrò Modus, quem per Poſſum, Volo, Debeo ſoluas,
Nuſquam non locum habet: quoties affectio poſcit.
Siue Dynéticon hunc, ſiue ex uirtute Potentem
Appellare uelis. extabat anónymôs olim:
Voce quòd Optantem, ſubiungentemq́ue referret.

CANON GENERALIS, DE IIS QVAE *uocant Infinita ſubiuncta.*

Quæ infinita uocant Subiuncta: modos ea poſcunt,
Vel Subiunctiuos, uel eodem iure Potentes.
Tranſitum enim uerbi excipiunt ἀμέσως uice quarti.
Neſcio ubi ſim. utrum ualeam, an ſpirem male ſanus.
Lucret. *Nónne uides etiam, quàm late paruus aquai*
Prata riget fons interdum: campísque redundet?
Virg. *Namque uidebat, uti bellántes Pergama circum*
Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus.
Idem. *Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma.*

Appendix.

Hic obſeruandum: Quærendi aduerbia quæuis:
(Cuiuſcunque etiam generis ſint:) & Rogitandi
Nomina cuncta: & Quis, poſſe infinite adhiberi.
Vt: Scio quid conêre. ignoro cur ſtomachêris.
Catul. *Dic agedum nobis, quare mutata feraris.*
Lucret. *Poſteráque in dubio eſt, fortunam quam uehat ætas:*
Quídue ferat nobis caſus: quiue exitus inſtet.
Horat. *Tu, quotus eſſe uelis, reſcribe. Lepos datur & Quin:*
Non poſſum quin exclamem. Cauſæ nihil herde
Dico quin ita ſit. Nec ſit mora (ſi innuero) quin
Hæreat in mala pugnus. Vates ita Carus:
Lucret. *Quid dubitas, quin omne ſit hoc rationis egeſtas?*
Haud igitur dubium: quin uoces, uerbáque conſtent
Corporeis è principijs: ut lædere poſſint.
Nec deuitari Letum pote, quin obeamus.

*Raro

Græci huiuſmodi particulas indicatiuis iungunt.

** Raro aliter cernas:niſi græciſſante figura,*
Atque modo primo,libeat gaudere Poetis.
** Sed ſita,priuatim poſt Dico,& Quæro,uacillant.*
Illud Virgilij,diſtinctio purgat,& ordo:
Neſcio quis,teneros oculus mihi faſcinat agnos.
Tale infinitum,non eſt Siquis perhĭbendum.
** Particularium & illa Periphraſis,Eſt ubi,Sunt qui:*
Eſt qui,Eſt quando,modum fert primum,& pene ſupremum.
Alterius generis ſunt infinita profecto,
Hæc aduerbia,Quamlibet,& Quantumlibet,atque
Quantumcunque:dehinc,pro Quantumuis,quoque Quanuis.

Ellipſis Coniunctionum.

Non ignorandum:ſermoni aliquando deeſſe
Nectendi uoces.Solet Vt finalis abeſſe
Ante modum ſubiunctiuum:poſt hæc Volo,malo,
Nôlo,Prĕcor,Rogo:poſt Licet:atque Neceſſe,& Oportet.
Nolim me garrire putes.Facias precor iſtud.
Per me uel ſtertas licet.Abdas arma neceſſe eſt.
Ne quoque perfectiua,Caue ſuppreſſa uidetur,
Vt cum dico:Caue credas,Faxis,titubéſue.
Deinde quòd idicon:ut,Facias uolo:uel,uolo ſcribas.
Horat. ** Accidit ~~& reliquis Suppreſsio ſæpe:Quid inter-~~*
.ſ.an
Eſt in matrona,ancilla,peccéſue togata?
.ſ.ſi
Iuuen. *Græculus eſuriens,in cælum iuſſeris ibit.*

ANTIMERIA: SIVE PARTIVM

Enallage.

Mobili abutuntur uates,pro Aduerbio:in iſtis:
Flos apprimă tenax.& Suaue rubeus hyacinthus.
Sole Recens orto.Subriſit Mollĕ puella.
Lĕne fluit Nilus.furit indomitum Ennŏſigæus.
Horrendum ſtridens.&,Acerbă tŭens,uti ſerpens.

Parſiſſemque Libens. & Nullus dixeris, adde.
* *Nec dubitant iidem Qualis, pro qualiter, uti.*
Virg. *Qualis ubi in lucem coluber mala gramina paſtus.*
Pelignus uates: Falcata nouiſsima cauda eſt:
Qualia dimidiæ ſinuantur cornua Lunæ.
* *Contra pro recto caſu poſita eſſe uidentur:*
Vt Bene ſit tibi. iam ſatis eſt. & fraudis Abunde eſt.
Tranſeo Partim, pro quidam: atque licet uice quanuis.
Mitto Malum irati uocem: & reliquas Heteroſes.
* *Tertius interdum caſus pro aduerbio adhæret.*
Veſperi erunt uigiles. cecidit cuſtodia ſorti.
Luci, ac tempori ades. tuus æmulus eſt Acheronti.
Huc faciunt urbes, & Vici: de quibus ante.

MVNVS SIVE OFFICIVM.

1 *Copulat Eſſe pares caſus, ad idem referendos.*
Et quæ ponè ſolent paſsiua adſciſcere rectum.
Rex cupit eſſe pius. nemo uult pauper haberi.
Te liquet eſſe uirum. quis te neget eſſe poetam?
Huic licet eſſe probo: lepida Antiptoſis habetur.
Expedit eſſe bonas uobis: Eclipſis honeſta.
2 * *Quare uitabo: Sed enim quia rettulit Aiax*
Ouid. *Eſſe Iouis pronepos. & item: Tutúmque putauit*
Lucan. *Iam bonus eſſe ſocer: ne caſu principe abutar.*
Clauſula Ne dicam, ſubſtantiuo præeunte,
Mobilis in quartum tranſit: fixóque ſequente
In medio ſita, recto in caſu utrunque relinquit.
Sicut: Homo imprudens, ne dicam ſtultum, & ineptum.
Et: Crudelis, ne dicam, impius, & ſceleratus
Caſtor. caſibus in reliquis ſermo nihil anceps:
Si modo fixum adiectiuo conſentiat aptè.

Aduerbia negatæ ſolitudinis.

3 *Nedum affirmando, geſtit præmittere maius*
Momentum: & ſubnectere quod minus eſt. ut: Amico

Mille

Mille Philippæos largirer:nedum obolos ſex.
In renuendo ſit contrà.minus ante locatur,
Pone ſubit maius:Non ſex obolos darem amico:
Nedum mille Philippæos largirer eidem.
Non autem ſolum:Non tantum:Non modò,maius
Et minus ordine diuerſo committere malunt.
Non ſolum bona pro te perdam,uerumetiam me.
Non modò non moriar pro te,ſed nec bona perdam.
Non duntaxat,pro Non ſolum Liuius edit.
Sed nouè ait Flaccus:Mortalia facta peribunt:
Nedum uerborum ſtet hõnos,& grãtia uiuax.
Nam poſuit,pro nedum non:tantum uel abeſt ut.

Vllus,Quiſquam,Vnquam.

4 *Vox ullus caput eſſe nequit ſermonis.at utar,*
Quom nego,uel quæro:uel poſt Si,Vix,Sine,Citra:
Et poſt Quàm,quom comparat.ut:Mora non erit ul[illegible]
Creditis auectos hoſtes?aut ulla putatis
Dona carere dolis Danaûm?Si fiditis ulli,
Erratis.Vix ullus adeſt(uti credo)ſine ullo
Pectore fucato.uel citra ullam impietatem.
Plus alimenti in carne eſt,quàm uel in ullo alio.huius
Naturam ſequi~~tur uox Quiſquam:aduerbium~~ & Vnquam.
Vt Maro:Non illa quiſquam me nocte per altum
Ire:neque à terra moneat conuellere funem.
An quiſquam nobis tali ſit munere dignus?
Si quiſquam eſt,qui ſe ſtudeat pleriſque placere.
.ſ.quicunque.
Cum ſocio Quiſquis,quom ſermonem inchoat ipſum,
Poſtulat(ut ius eſt)alium ſenſum.Maro teſtis:
Quicquid erit,ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.
Ouid. *Quicquid erit,melius quam nunc erit.& Iuuenalis:*
Quocunque in triuio,cuicunque eſt obuia,narrat.
5 *Copula conſimiles caſuſque modóſque maritat.*

Aut alium attexit ſermonem rite priori.
Sis bonus,atque pius.Pietas laudatur,& alget.
Virgil. Neſcia mens hominum fati,ſortiſque futuræ:
Et ſeruare modum,rebus ſublata ſecundis.
6 Diſcretiuè Autem,& Verò ſunt ſubijciendæ.
Attamen haud eãdem ſecum iungi patiuntur.

Indeclinatis ita ſubiungas: age, ſanè, an, At, neque, iam, nec, enim, nunc, ut, ceu, tum, quaſi — Vero.

Tum, porrò, quanuis, non, ecce — Autem comitatur.

Parcius uſurpat Non uerò Tullius ipſe.
Ergo,Igitur breuior:Quare concluſio longa eſt.
7 Præpoſitura fere præcedit:ſiue feratur
In caſum,ſiue inſinuetur compoſituræ.
Accede ad Veneris flammam:ſatis inde caleſces.
Præpoſitura ſuo cum caſu,cuilibet aptè
Verborum generi ſuccedit:& hinc oriundis.
Si modo delectus ſeruetur,& abſit abuſus.

ab,

8 *Vſque maritatur ſocijs,* { *ab, ad, ex, ſub, in, ante.*

Virgilius:Siculo proſpexit ab uſque Pachino.
Aut uſque à pueris.Hinc uſque ad ſydera notus.
.i.Aethiopia.
Certe ex Aetheria eſt uſque hæc.Noctem uſque ſub ipſam
In noſtram uſque ætatem.Vſque ante diem iduum Aprilis.
Iunge pŭdentius Iſtinc,Pridie,Adhuc:& Eò,Dum
Vſque iſtinc ſonitus exauditos puto noſtros.
Vſque ad pridie(ibi)nonas Maias libet eſſe.
Vſque(id)adhuc cælatum eſt.Hercle amor hic erit uſque,
Dum tacitè obrepet,modo non odioſa ſenectus.
Vſque eò erat commotus:ut inſanire putares.
Nunc ſequitur Dum:nunc Adeo interponitur apte.

Anaſtrophe.

At Tenus,& Verſus conſtanter Anaſtropha ſubdit:
Et Cum particulam,poſt hæc pronomina quinque,
Me,Te,Se,Nobis,Vobis:adiunge Quibus cum,
Cicero. *Et Quicum.Cum autem nobis non dicitur(inquit*
Orator:)ne concurrant obſcœnius ullæ
Literæ.& idem:Quos inter:Quo de,ſolet uti.
Scilicet ut referens præcedat præpoſituram.
Non moror Erigonen inter.maria omnia circum.
Italiam contra.Cumas apud.ilia ſubter.
Tranſtra per,& remos:quæ ſunt permiſſa poetis.

OBSERVATIO DE ORDINE GRAMMATICAE *declarationis.*

Ordine quo deceat Scriptores enŭcleare,
Hic plærique docent:adiectis Grammaticorum

Præceptis:quæ diſcipuli ceu fila ſequantur.
Quod ſanè,ut non imprŏbo,ſic îdem quoque nolo
Crebrius excoctam pueris obtrudere cramben.
Ne Cánonăs dubios æquans Exceptio,ſæpe
Noſtros obtundat tyrones,& remoretur.
Quando quid obſeruent,ueluti certiſsimus index,
Demonſtrare poteſt tacitè uernaculus ordo.
Iuuen. *Hoc diſcunt omnes ante alpha,& beta puellæ.*
Si modo primates Nomen,Verbum ſtatuantur:
Quîs ſine nec uerum,neque falſum dixerit ullus.
His poſitis utrinque ſcŏpus,natura docebit:
Quæ pars obliquum:quæ pars rectum iaculetur.

τὸ τέλος.